PRAECIPVAE CONSTITVTIONES Caroli Magni de rebus Eccleſiaſticis, & Ciuilibus á Lothario Nepote, ex Aui Conſtitutionum libris Collectæ, & nuper é Cœnobio Tegernſeenſi prolatæ: cum Annotationibus, & præfatione Viti Amerpachij.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD LECTOREM.

Naſuti ualeant, ualeant, quibus omnia ſordent,
Exceptis, ipſi quæ peperere ſibi.

Cum Gratia, & Priuilegio Cæſ. Maieſt.

Typographo Alexandro Weiſſehorno.

M. D. XLV.

1 35.2.A.24

POTENTISSIMIS, ET CONSTANTISSIMIS principibus Carolo V. Imperatori Romanorum, Auguſto, Felici, Pio, &c. Et Ferdinando Cæſari, deſignato Imperatori, & Auguſto, Fratribus Germanis, &c. Eccleſiæ Catholicæ, & orthodoxæ Tutoribus, & Curatoribus Fideliſsimis Vitus Amerpachius.

S. D. P.

ETSI NOTA ERAT MIHI tenuitas meæ cõditiõis, & doctrinæ, præſtantiſsimi Heroes, tamẽ, cũ ſcirem cum ſumma ſapientia coniunctam eſſe in uobis infinitam propemodum facilitatem, & manſuetudinem, abiecto metu, & animi paruitate omni, uos tandem poſt longam deliberationem accedere non ſum ueritus, nec dubitaui, quin à tanta Maieſtate ueſtra, quæ ſanè multiplex eſt, latiſsimeq́; patet, non difficulter impetraturus eſſem, quæ uellem, et exoptarem. Per multos enim annos iam ſatis teſtatum feciſtis orbi terrarum non tantũ

quanto ſtudio, quàm ſerio Complectamini ueſtram patriam, hoc eſt Eccleſiam Chriſtianam, cui uos dati eſtis uelut alteri paſtores, Verùm etiam beneuolentia quadam ſingulari, & animi propenſione promptiſsima in eos, qui ſaltem conarētur ſyncere adiuuare liberalia ſtudia, quæque ſunt horum uelut filiæ, uirtutes, pietatem, conſtantiam, iuſticiam, ſtudium pacis, & tranquillitatis Reipublicæ, uos affectos eſſe ita, ut, qui de hàc re dubitare audeat, ſibi ipſe non fidem habere uideatur. In tanta uero multitudine gratulantium uobis, & Imperio ſucceſſum cum in gerendis rebus, cum alibi Iuliacenſem, quem inſuperabilem antea pleriq; putabant, retunditis, alibi Gallum comprimitis, & ſupplices Aquilis Criſtas ſubmittere cogitis, alibi Turcis terrorem incutitis, & hac fama territos longius progredi uetatis, alibi, ut ſectæ in metu ſint, & uereantur latius in Eccleſia graſſari, facitis, cuperem quidem & mihi locum eſſe aliquem declarandi erga uos, & noſtram patriam ſtudij mei, uoluntatis hac in parte, ac obſeruantiæ. Sed, ut recte poſsit eſſe, non parum timeo, nec id propter unàm cauſſam, de qua re nihil opus eſt dicere prolixius. Tametſi ex animo lætor non tantum ueſtro nomine, ſed Eccleſiæ uel in primis, quæ miſerrime nunc dilaceratur, nomine, rem eò nunc ferè deductam eſſe, ut inire conſilium, & rationem commode poſsitis, quomodo huic malo Peſtilentiſsimo prius, quàm altiſsime

me radices agat, ac ſanari iam nequeat, obuietis. Non *debetis enim putare, feliciter uos arma geſturos eſſe contra Turcas, niſi, quantum poteſt pie fieri, prius animorũ conſenſio, beneuolentia ducum, & aliorum ordinum legitime reſtituta fuerit in Germania.* Vulgus enim facile *ſequetur magiſtratuum authoritatem, quantumuis nunc ferociat, & nil ſpectet, ut eſt eius beluæ natura, niſi nouitatem, ac licentiam.* Qui autem ſentiunt ueram concordiam, *& diuturnam pacem poſſe coaleſcere, non compoſitis controuerſijs de religione, compreßiſq; pertinacibus, & humiliatis rebellibus, tam errant, quam qui non ſolum toto cælo, quod aiunt, errant, ſed qui errant etiam terra, & mari.* Non enim poteſt fieri, ut ex animo inter ſe ament, bene cupiant, officia mutui ſtudij præſtent, qui non eadem uia contendunt per Chriſtum ad *uitam æthernam, quantumuis interim in ore frequenter habeant omnes* Chriſtum, *& eius gloriam, idque tanto magis, quam profeſſores* Chriſtianæ *religionis, & aperti eius hoſtes, quanto ſunt fucati amici pernicioſiores ipſis inimicis.* Nemo *ſuſpecto amico fidem habet, & quo eſt nocentior, eò, neceſſe eſt, ut ſit in odio maiore, niſi, quod magis metuimus, non magis etiam auerſari ſolemus.* Et *hoc de rebus caducis, & incertis.* Quanto *uehementius id oportet fieri apud eos, qui certant inter ſe de ſummo bono, de felicitate ſempbiterna?* Sunt *magna hic impedi-*

 menta

menta utrinq; , patrum authoritas, conſuetudo, canones, leges, opiniones de uera pietate, ſtudium corrigendi uicia, duri, & intractabiles animi, ambitio, pudor. Quid dicam de excommunicatione magno conſcientiarum, & certe nulli pio contemnẽdo flagello, etiam iniuſte incuſſo, ut monet S. Gregorius? Hæc uero nihil eſt aliud, quàm damnatio quædam non de opibus, aut dignitate, ſed de futura uita, quæ non habebit finem. Hic & præceptum eſt diuinũ de uitãda conſuetudine, adeoq; nõ exigua pars pietatis, de qua plato etiã præclare, μεῖζον μὲν γὰρ ἀρετῆς μηδεὶς ἡμᾶς ποτε πείθῃ τῆς εὐσεβείας εἶναι. *Ac audet aliquis adhuc dicere beneuolentiam eſſe inter tales poſſe? Certum autem eſt, non de rebus leuibus contendi, aut, quæ ferre poſsint inter diſſentientes communionem. Vbi uero non eſt communio ſymbolum inter alia caritatis, & mutuæ beneuolentiæ, ibi non uideo, quomodo poſsit eſſe uere mutuus amor. Quanquàm autem, qui recte ſentiunt, ij tantum abeſt, ut male uelint aduerſarijs, ut etiam cuperent eos conuerſos, & ſanatos unà ſeruari, nec priuatim aliquid moueant, cogitandum tamen eſt, quanti ſtimuli ſint, quanta calcaria maiorum traditiones, & conſenſus tot ſeculorum, quanta in hominibus, etiam pijs, infirmitas, Et, quod eſt maximum, quid publice ſummorum principum in his rebus officium flagitet. Hæc propterea commemoro, non, ut uos ad ſæuiciem incitem, quos totum genus humanũ ſcit eſſe placidiſsimos, et manſuetiſsimos,*

 90

ſuetiſsimos, amantiſsimos pacis, & ueræ pietatis, ſed, ut ſua ſponte currentes iam extimulē nōnihil ad ſerio, quod haud dubie facitis iam antea, de his rebus cogitandum, & incumbendum in hoc, ut multorum animi, qui grauiſsime hac diſſenſione oppugnantur (non enim par eſt omnium intellectus, & firmitas) aliquando liberentur, utq; firma pace iterum conſtituta, potentiſsimis, & ſæuiſsimis hoſtibus Turcis obuiari poſsit. Fruſtra enim alios liberare ſtudet, qui ſuos nondum, adeoq; ſeipſum liberauit, & male contra exteros bellum ſuſcipitur, ubi ardent intus omnia inteſtinis odijs, bellorum ciuilium ſeminarijs, &, q̃ ſit neceſſe tandem exire in ſtirpes & radices, niſi eruantur, et è fundo procul abijciantur, q̃ afferant præter innumeras cædes uaſtationem urbium, pagorum, agrorum, uinearum, luxum, barbariem in moribus, in legibus contemptum, in religione tot opiniones, quot ſunt capita, adeoq; in uniuerſum uitam plus quàm beluinam. Hanc faciē rerum dum cogito, corpore, et animo totus contremiſco. Et tamen certius nihil expectandum nobis eſt, niſi reſipuerimus, & uos cum pontificibus præcipue, qui conſtituti eſtis in hac ſpecula, & ſedetis ad clauum huius nauis, quæ ducitur per inſaniſsimum orbis mare, & tot procellis iactatur, in tot ſcopulos illiditur, his morbis quotidie magis, ac magis gliſcētibus in tempore occurretis, quam quod miſeris Græcis euenit propter immodi-

 cum

cum ſapiendi ſtudium, & inconſtantiam. Cauete, ne expectetis, donec mala communia nos coniungant, & συγκρητισμός quidam fiat, qui & per ſe nullus poteſt eſſe absq; multis cladibus, & in his rebus deus non temere uidetur aliquem permittere, quod ut Græcorum calamitates probant, ita omnes hiſtoriæ teſtantur, etiam propheticæ. Non enim eſt peccatum, quod magis deo ſit execrabile, quàm Schiſma, & tam acerbæ contentiones de doctrina Religionis. Et hinc eſt, quòd canones etiam, & leges æquale hoc eſſe iudicauerunt crimini læſæ Maieſtatis. Hactenus iuſtas cauſas non coactæ ſynodi habueritis, cum tamen interim tentaueritis omnia, quæ extra ſynodum fieri poterant, hactenus recte non ſeuerius egeritis, Nunc tamen res ipſa poſtulat & diligentiam in cogitando, & in faciendo fidem primo, conſtantiam, canonum, & legum obſeruationem, reuerentiam erga maiorum pie conſtituta, reſtitutionem ueteris innocentiæ, præſertim in ſacerdotali ordine, cuius luxus, & negligentia maxime pepererunt nobis hæc mala, quibus iam affligimur, deinde ſeueritatem etiam, & pœnam, ſi opus erit. Sed ineptio, cum hæc uos moneo, qui & ipſi per uos egregie ſapitis, & habetis familiares, qui & norunt hæc optime, & haud dubie mouentur magnitudine periculorum, quæ impendent noſtris ceruicibus, ne dicam deum peculiariter pijs regibus adeſſe, ac ut mentem illuſtrare ſuo lumine, ita uoluntatem gubernare, ac flectere ap-

re ap-

re appetitiones eorum nō paulo, quā aliorum hominum, diligentius. Nam ſicut ipſe Mens quædam æterna, & ſapientiſſima eſt, ita principes, quos alijs regendis præfecit, non poteſt non donare, ſi tamen cætera ſint paria, maiore ſapientia, quā reliquum uulgus, ut, qui ſint tanquā ipſius inter homines uicarij quidam, aut operum eius præcipuorum fere adiutores, non tantum, ut inſani uociferantur, inſtrumēta, et nihilominus tamē προσωπολήπτης ille nō eſt. Quod ut multi peruerſe hoc tempore intelligunt, ita explicare nō eſt huius inſtituti. Quanq̃ et hoc negari nō debet, quod opus habeant etiam in tanta rerum uarietate, ac pondere aliorum ſæpe admonitione, ac non minus omnia ſoli poſſunt peruidere, quam non gerere poſſunt omnia, quoq; plus alijs intelligunt, eò magis meminiſſe debent, ſe eſſe homines. Et hoc eſt, quod ueſter auus Imperator iuſtiſſimus, & fortiſſimus Princeps, Maximilianus fertur conſueuiſſe dicere, uir ſum, ut alij ſunt, niſi, quod deus uoluit hoc honore me ornatum eſſe, Multo ſuauius eſt dictū in Germanica lingua. Vidit. n. hic tātus Heros et unum ſe ex mortalium eſſe numero, & dignitatem à deo tribui, quod et ſacræ literæ paſſim teſtantur, et Homerus clare pronunciat, cum ait, τιμὴ δ᾽ ἐκ διός ἐςι, ac recte addit, φιλεῖ δὲ ἓ μητίετα ζεύς. Niſi enim deus regē ſingulariter amaret, cuſtodiret, gubernaret, ac defenderet, nō poſſet nec ſufficere tantis laboribus, nec eſſe tutus à Ca

tilinis, & Cethegis. Ac ſanè omnes hiſtoriæ docent, mirabilibus ſæpe modis patefactas, & repreſſas eſſe improborum, & audacium conſpirationes. Exempla ſunt in ſummis regibus, & Monarchis, Alexandro Magno, Iulio, Auguſto, Caroló, Cuius tu, Carole, ut Imperium, ita nomen quoq; merito habes. Hic autem in primis requiritur pietas, iuſtitia, Continentia, Fortitudo, quæ uirtutes uelut hereditatis iure in uos à Diuo Maximiliano deriuatæ ſunt, quem etiam in eo totum refertis, quod ingenioſos, et doctos homines tantopere ſtudetis euehere, ac ornare. Notum adhuc eſt apud multos, quã ſemper ille prætulerit idoneos ad conſultandum, & agendum uel ex infima plebe ſummæ nobilitati. Nec id abs re, cum, ut ille inqt, Nobilitas ſola ſit, atq; unica uirtus, & generis claritas ſine uirtute peſtis quædam ſit reipulicæ, uirtus uero ſine illa etiã non parum proſit in publicum. Et hoc dicitur comune habuiſſe cum Friderico Saxoniæ duce, Electore, quem etiam propter induſtriam, & alias uirtutes unice dilexit, & tantum non fratris loco habuit. Vtinam uero Chriſtiana ratione, ac pia fieri poſſet aliquando, ut ſic uobis cum fratris eius filio, qui certe, ne dicam aliud, natus eſt ex optimorum, & conſtantiſſimorum ducum familia, de me optime, nec in una re meritus (fatendum eſt enim uerum) conueniret, ut illis inter ſe diu conuenit. Sed hoc deus uiderit, ac ueſtra ſapientia. Meum eſt optare, ac deum precari,

ut uiam inueniat. Et hæc fortaſſe nimis prolixe, non tamē ab instituto meo prorſus aliena. Volui meum ſtudium, pietatem, & obſeruantiā uobis teſtatā facere non tā gratulādo, quod feci tamen utcunq;, præterq; propoſitum, quàm non tam admonendo uos, ac incitando, quàm aperiendo in hoc ſtatu rerum, in tanta iudiciorum iniquitate, meo de publicis malis, ac inueniendis contra hæc remedijs animo, ac profiteor aperte me nihil in hac diſcordia unquàm ſcientem feciſſe uel contra ueſtræ Maieſtatis dignitatem, uel contra Eccleſiæ Catholicæ, & maiorum noſtrorum legitima decreta, conſenſum, & authoritatem, nec facturum poſthac, & hoc tanto magis, & diligentius, quantò nunc & ætas, & iudicium eſt maturius. Non autem eſt hoc nec me facere, nec uos ſcire indignum. Principis enim eſt, ut inquit ille, uirtus maxima noſſe ſuos. Ad hanc rem autem oportuniſſime ſe obtulit mihi canonum, & legum harum compendium, quorum hæ ab ipſo Carolo Magno latæ ſunt, illi uero approbati, aut unà cum Epiſcopis ab eo conditi. Sunt enim ex magna parte uelut flores quidam è diuerſis legum huius Imperatoris uoluminibus, & actis habitorum ab eo cum Epiſcopis conciliorum (ſalua tamen ubiq; authoritate ſedis Apoſtolicæ, imò reuerenter habita) collecti, ut clare ſub finem operis indicatur. Delituit hactenus hæc uetuſtatis gemma in Cœnobio Tegernſeenſi, ac etſi membranis credita, in plerisq; tamen locis non modo non parum detrita, & corroſa

roſa erat à tineis, & blattis, ſed etiam fœdiſsime à librario deformata, ut paſsim annotaui ad ipſas leges, & canones, tametſi non ubicunq; à me aliquid eſt mutatum, ac facile apparet ex manu, ſcriptum eſſe librum ab homine & indocto, & negligente. Mihi profectò plurimum fecit negocij qualiſcunq; illa concinnatio. Primo enim legendus fuit totus liber, & præterquàm, q. in ſcripturæ inſolentia tantum non oportuit me aliquando repueraſcere, hoc eſt literarum, & ſyllabarum formulas aut conferendo, aut diuinando diſcere, cogitandum fuit de ſenſu, et examinanda fuerunt multa uocabula non minore ſtudio, quàm olim in oraculis examinabantur, aut examinari ſolent in ænigmatis. Quanquàm autem in his rebus nec ingenium fortaſſe prorſus mihi deeſt, nec uſus, non tamen ſine magno ſæpe labore ſaltem probabile aliquid inuenire in tanta uetuſtate morum, & ſermonis Germanici potui non , quod putem à me nuſquàm aberratum, ſed pro mea in inquirendo pertinacia non potui facere, quin darem in omnibus locis operam, ac efficerem , ut quōcunq; tandem alicubi acquieſcerem. Auxit hanc difficultatem, quod nec legum, nec ſacrarum conſtitutionum habeo magnam peritiam . Feci tamen & hac in parte, quantum uires, ac alij labores permiſerunt. Fateor quidem editionem felicius non paucos alios me potuiſſe conficere, præſertim, quòd ad hanc rem attinet, ſed, qui uoluiſſent etiam, non tam facile habiti fuiſſent,

& hic labor magis literariam quandam induſtriam, & peritiam poſtulabat, quam exquiſitam aliquam iuris doctrinam. Iam uero an Iuriſconſultus aliquis non ſingularis hic potuerit meliorem operam nauare, quam ego feci, æqui lectoris iudicium eſto. Quare non tantum ueniam daturos mihi uel doctiſsimos puto, ſed etiam laudaturos meam ſedulitatem, quod in medijs occupationibus ſcholaſticis hoc etiam onus in me ſuſceperim, præſertim, cum interim aliquod proprium opus lucrubrare potuerim & multo longius, & fortaſſe mihi, ac meis fructuoſius, ut nunc ſunt tempora, & hæc etiam ad quæſtum aliquando, ut ingenue uerum fatear, conferre cogimur. Sed

Vicit amor patriæ, laudumq; immenſa cupido,

Vt ille inquit, & harum quidem non magis mearum, quæ hinc non poſſunt magnæ exiſtere, ſed cum ipſius patriæ, tum Caroli tanti Herois, tam bene meriti de tota Chriſtianitate. Sed quid, obijcit aliquis, in hac re laudis admodum eſſe poteſt, cum & hæc eadem ex magna parte, & his meliora paſsim occurrant in codicibus legum, & canonum, tum etiam barbaricis uocabulis, & impuris orationibus hic referta ſint omnia? Bona uerba. Num uero gemmæ, annuli, ueſtes, tabulæ, monetæ, & ſimiles res precioſæ non ubiq; poſſunt comparari, et tamen religioſe conſeruantur, & longe ſunt cariores, cum relictæ, aut donatæ ſunt nobis aut à parẽtib. aut ab amicis, aut ab Imperatoribus, aut à regibus, aut ab alijs, quos uel caros ualde habuimus, uel

magni

magni facimus, reueremur, obſeruamus uiuos, aut mortuos? Et an ideo faſtidimus gemmas, annulos, tabulas, uaſa, quod uel corrupta ſunt tempore, uel opere non ſatis expolita, ut ferè ſunt ea, quæ afferuntur ex mediocri uetuſtate, ne dicam alia grata eſſe alijs temporibus, & opera non raro precium habere ex moribus, & iudicijs hominum præſentiū. Nihil itaq; nos mouere debēt horū clamores, aut etiā odioſi quorundā δοξοσοφισομαχοσοφίσωρ, ut ſic nominem, grunnitus, & coaxationes uel in hac re, uel in ſimilibus. Quin potius reuerenter colamus cum reliqua iuſticia, & pietate & maiorum noſtrorum bene, ac pie tum geſta, tum conſtituta, nec patiamur nos ex hac uelut arce, aut templo uirtutum, & omnis honeſtatis expelli. Quod reliqui mortales in orbe Chriſtiano, ueſtri ciues, Carole, & Ferdinande Principes & ſapientiſsimi, et religioſiſsimi tanto alacrius facient, ubi uidebunt in hac uos re ſibi uelut magnas quaſdam faces, & lumina prælucere, ac rectam uiam ituris monſtrare, Idq; uel Caroli exemplo, qui quantum in omni genere uirtutum præſtiterit, oſtendunt hiſtoriæ, quantum uera pietate, præter alia teſtatur etiam hic libellus, ubi & de nulla re tantopere eſt ſollicitus, q̄ de conſeruanda, et ornanda religione Chriſtiana in mētibus, et Ceremonijs, et, cū de tintinabulis nō baptiſandis, et non uſurpandis alijs noībus angelorū, q̄ uſitatis, de remouenda quadam ſuperſtitioſa epiſtola, de cohercendis agētibus pœnitētiā, qui nudi, cum ferro uagabantur

bantur, & ſimilibus rebus grauiter præcipit quid facit niſi, quod uult à finib. Chriſtianorũ exterminatã ſuperſtitionẽ, quæ ut ex quadã ſingularitate naſcitur, ita religioni plurimũ aduerſatur. Obſecro itaq; uos, et obteſtor per manes ueſtri aui ſanctiſsimi Herois, per maieſtatẽ illã Cæſarẽã, per ueſtrã, et noſtrã omniũ ſalutem, ut tota mente, ac omnib: tũ cogitationibus, tum uirib. in hoc incumbatis, ut Eccleſiæ matri noſtræ, et quidẽ, quantũ poteſt fieri ſine cedib. et ſanguine, reſtituatis cõcordiã primo in doctrina religionis, et pijs Ceremonijs, deinde coherceatis inuſitatã, et licentiſsimã illam rabiẽ calumniandi, et maledicendi, ad quã non parũ facit multorũ Typographorum auaricia, et plus, quã uenalis opera, cõniuentibus ad hanc turpitudinem paßim inferioribus magiſtratibus nõ ſine ſummo & religionis, et Imperij noſtri dedecore. Cũ aliquãdo cogito de hac deformitate, uidẽtur mihi nõ œſtris perciti homines, ſed uiuis, ut dicimus, diabolis ἄγεσθαι, καὶ φέρεσθαι. Sed ita neceſſe eſt fieri, cum in Eccleſia

Scinditur incertum ſtudia in contraria uulgus,

ac utinã uulgus tantũ, etſi nuſquã in ullis hiſtorijs inueniri poteſt, niſi fallor, tanta linguarum in acerbitate, & cõuicijs temulentia, ut ſic dicã, tanta inſania, tãtus furor, quãta hæc omnia his nõ plurimis annis, tanquã inundatio, totũ ferè Chriſtianũ orbẽ cooperuerũt, et tãtũ nõ ſuffocarũt. Præterea ſuccurratis etiam infelici Pãnoniæ, ac uicinis locis, eripite miſeros ab hac Turcarum carnificina

ſimul

ſimul corporum, & conſcientiarum. Quæ omnia ut ueſtri ſunt officij, ac muneris, ita nihil dubitetis futura deo gratiſsima, & à ſalute ueſtra minime aliena. Sed iam ſatis, & plus, quam ſatis, fortaſſe his de rebus querelarum, & obteſtationum. Reſtat, optimi Principes, ut uos hanc meam operam, hoc ſtudium, hanc in uos, & imperium obſeruantiam placido uultu, et fauentibus animis accipiatis, utq; putetis tum hoc legum, & canonum compendium, tũ poemata, quæ inter alia ſuperiore anno, cum alter ueſtrũ in Occidentali Germaniæ parte, alter in Orientali rebus gerendis grauiter occupatus eſſet, ac ego in patria mea deſiderem, & tantum non à coniuge, et liberis exularem, fallendi temporis, & mitigandarum acerbiſsimarum, & grauiſsimarum ſanè moleſtiarum cauſa compoſui, uobis à me dedicata eſſe non ſine iuſtiſsima cauſa. Ad uos enim pertinet, ueſtrum eſt præcipue, quicquid et huius, et aliorum ſequentium Imperatorum laudis, & dignitatis extat, ac inueniri adhuc poteſt, non Galli, aut cuiuſquã alterius Et ego nihil magis, & ardentius exoptaui nunc diu, quã, ut tranquillitas Eccleſiæ, dignitas imperio, ſuuſq; honor optimis literarum ſtudijs reſtitueretur. Quod autem illa Galli aliquando ſibi uendicant, faciunt more hominum. Quanquam, ſi facerent hoc modeſte, nihil peccarẽt admodum. Verum enim eſt Caroli Magni temporibus unum quoddam regnum fuiſſe bonam & Germaniæ, & Galliæ partem, ac deinde inter ſucceſſores factam eius diuiſionẽ,

procedentibuſq;

proccdentibusq; temporibus,magis,ac magis et ipſos homines inter ſe alienatos,ac ſeparatos eſſe moribus,et lingua. Sunt enim & multa,& magna indicia, Caroli temporibus ut in ea parte Italiæ, quæ Gallia togata uocatur, ſic etiam longe,lateq; in Gallijs noſtram linguam in uſu fuiſſe,ac ut Longobardi *paulatim peregrinā linguam ſiue propter uicinitatem,ſiue pudore quodam,aut affectatione adſciuerunt,ita feciſſe totam Galliam. Quod autem uera* Francia, *& tanquam caput,aut ſiue domicilium,ſiue arx* Francorum *fuerit ea pars Germaniæ, quam nunc tenet* Epiſcopus *Virtſpurgenſis,uel hoc teſtatur,quod ſola nomen de uetere* Francia *perpetuum ,conſtans, & unum hucuſq; retinuerit.* Quanq̄ *non paulo fuit longior,& latior,quā nunc eſt, olim. Præterea , qui familiam Caroli Germanis adimunt,uehementer falluntur.* Præter *enim ea,quæ iam dicta ſunt,quid, obſecro, uolunt ſibi nomina* Pipini ,Berthradæ, Caroli, Ludouici, Ruothrudis, Berthæ, Theod eratæ, *quæ manifeſte omnia ſunt* Germanica, *etſi nōnihil à ſcriptoribus detorta? Huc facit quod & nomina menſibus impoſuit Carolus, quibus adhuc utimur ex magna parte,idq;,ut eſt in hiſtorijs,lingua patria,quæ, cum nomina ſint noſtra, ſine dubio noſtra eſt, & curauit* Nouum *teſtamentum in* Francicam *linguam cōuerti, quæ,ut monumenta indicant,noſtra eſt.* Vehementer *autem ineptiunt, qui uocant hoc in dubium,Germanica neſint uocabula,quæ ita inueniuntur,an* Francorum *, quaſi*

diuerſa

diuerſa gens fuerit à Germanis, aut putant ueterem Germanorum linguam prorſus aliam fuiſſe, quod iam non ſit paulo, quam olim fuerit, alia. Quaſi uero deſierit eſſe latina lingua propterea, quod longe aliter uetuſtiſsimi latini ſunt locuti, aliter Ciceronis tempore, aut Sueui non loquãtur Germanice, quod ægre à Saxonibus intelliguntur, uel contra Saxones eandem ob cauſam. Verum hæc ſatis eſt hic attigiſſe. Iam itaq; finem facio, iterumq; uos, ac iterum, conſtantiſsimi reges, oro, ut hunc meum conatum, et laborem æqui, boniq; faciatis, precorq; deum uerum patrẽ patriæ, ut uobis uicarijs patribus patriæ, quibus haud dubie, ut materia uirtutum exercendarum, et quærendi regni Cœleſtis, hæ tantæ rerum difficultates obiectæ ſunt diuinitus, adſit perpetuo, conſulat per uos Eccleſiæ Chriſtianæ, quæ ſi unquàm opus habuit potentibus, & pijs principibus, nunc habet, ac miſere laceratam rempublicam reſtituat, et conſeruet cum propter noſtram ſalutem, tũ propter ſui nominis gloriã ſempiternã.

FINIS.

ANNO FELICITER undecimo regni domini noſtri Karoli glorioſiſſimi regis in menſe Maij factum Capitulare, qualiter congregatis in unum ſynodali Concilio epiſcopis, abbatibus, uiriſq; illuſtribus, comitibus, una cum pijſſimo domino noſtro ſecundum dei uoluntatem de cauſis oportunis conſenſerũt decretum.

Carolus regnauit in Francia, hoc eſt in Gallia, & Germania 46. annos, & factus eſt imperator anno 33. regni ſui Francici, Longobardici 28. poſt Chriſtũ natum 801. Hinc apparet has conſtitutiones factas fuiſſe Francis, & alijs Germanis, qui tum illis paruerunt, non Italis, & Longobardis, in quos nondum habebat imperiũ Carolus.

Hic eſt ſcriptum in archetypo, facto capitulare, ſed imperfecto, & incongruo ſenſu. Capitulare uox eſt noua, & ſignificat id, quod hoc tempore ordinationem, aut receſſum uocant, ueteres appellabant Decretum, Conſilij ſententiam, leges.

INCIPIT DE METROPOLITANIS

In leg. Longob. c. de ep. et cler. Illorum pro ſuum dicitur. Can. 25. Concil. Chalced.

VT ſuffraganei epiſcopi ſecundum Canones ſubiecti ſint, & ea, quæ erga miniſterium illorum emēdanda cognoſcant, libenti animo emendent, atq; corrigant.

Suffraganei ſunt epiſcoporum uelut uicarij non à ſuffragijs, id eſt notis illis creandorum magiſtratuum, ut nonnulli putant, ſed ab auxilijs ferendis, & obeundis alienis muneribus. Tales fuerunt olim Chorepiſcopi, ut apparet ex Concilio Neocæſar. et 4. epiſtola decret. Damaſi papæ, quam diligenter, uellem legerent epiſcopi noſtri, præſertim Germani. Dicti ſunt hi à loco. Vulgo locum tenentes, generaliter uicarij uocantur. Significat etiam auxiliarem Epiſcopum, & inferiorem Archiepiſcopo, ut c. Expoſuit, extra de dilation. & alibi. & infr. Cap. Item in eodem Concilio.

Cap. II. De Epiſcopis.

VBi præſentes epiſcopi ordinati non ſunt, ſine tarditate ordinentur.

Cap.

Cap. III. De Monaſterijs.

VT, ubi regulares fuerunt, ſecundũ regulam uiuant. Nec non & monaſteria puellarum ordinem ſanctum cuſtodiant, & unaquæq; abbatiſſa in ſuo monaſterio ſine intermiſſione reſideat.

Hoc obſeruent, qui contendunt, monaſteria fuiſſe olim ſcholas, & pædagogia. Tametſi multo uetuſtiores libri, & quidem SS. patrum oſtendant, monaſticam profeſſionem adoleuiſſe tanq̃ una cum Eccleſia.

Cap. IIII.

Vt Epiſcopi de presbyteris, & clericis infra illorum parochia poteſtatem habeant ſecundum canones. Illorũ) p ſua, & infra parochia) pro in ſuis parochijs.

Parrochia dicitur hic in neut. gen. Alioqui fœmin. gen. eſt uſitatius, & eſt factum nomen à παροικίας, quod ſignificat uiciniam, cohabitationem. Sic legitur in epiſtola ſynodi ſardic. γράψαντες καὶ εἰς τὴν ἑκάστου παροικίαν.

Cap. V.

Vt epiſcopi de inceſtuoſis hominibus emendandi licentiam habeant, ſeu & de uiduis infra ſua parrochia poteſtatem habeant corrigendi.

Seu) poterat omitti aut eſt poſitum, pro imò, Sicut Germanice nonnunq̃ dicimus oder auch, ut ſit huius imitatio.

Hic erat ſcriptum corrigendum, ſed male, niſi præponatur, ad.

Cap. VI.

Vt nulli liceat alterius clericum recipere, aut ordinare in aliquo gradu.

Cap. VII. De decimis.

Vt unuſquiſq; ſuam decimam donet, atq; per iuſſionẽ pontificis diſpenſentur.

Decimæ per ſyllepſin, aut eſt legendum diſpenſetur, ut eſt in legib. Longob. Tit. de decimis.

ITEM DE DECIMIS.

DE decimis, ut dentur, & dare nolentes, ſecundum quod anno præterito denunciatum eſt, á miniſtris Reipu. exigantur, id eſt, elegantur quatuor, ſiue octo optimi homines, uel, ꝑ ut opus fuerit, de ſingulis plebibus iuxta qualitatem uniuſcuiuſq; plebis, ut ipſi inter ſacerdotem, & plebem teſtes exiſtant, ubi datæ, uel nō datæ fuerint. Hoc ideo, ne ibi iuramentum aliquod faciendi neceſſitas cōtingat. Non tamen ideo tantos teſtes mittendos dicimus, ut ipſi ſemper omnes in dandis decimis præſentes eſſe pariter neceſſe ſit, ſed, ut, dum pluribus cōmittitur, minus grauetur in duobus autem, ſi adfuerint, ſufficere credimus.

Negligentes autem amoueantur á

Tributur hæc conſti imp. Lothario lib. 3. leg. longo. Tit. de decimis.

Vide finē huius operis.

Tantos, pro tot, ſicut Græci utuntur ſuo τοσῦτος. Solœciſm. in caſu pro ipſos.

Iuxta hoc 2. Corint. 13. in ore duorum, aut triū, &c.

preſbyteris eccleſiarum uſq; ad tertiam ui cem, ut ipſam decimam dent, quod ſi con-tempſerint, ab introitu eccleſiæ ꝓhibean-tur, & ſi hoc non emendauerint, á mini-ſtris reipublicæ diſtricti ſinguli per ca-put ſex ſolidos eccleſiæ componant; & inſuper decimã dare cogantur. Nam ſi iterum contemptores extiterint, tunc per publicam authoritatem domus, uel caſæ eorum biuſentur quo uſq; pro ipſa decima ſicut ſupra dictum eſt, ſatisfaciant. Quod ſi denuo rebelles, uel cõtradictores eſſe uo-luerint, & ſup ipſam biuſam ſua autho-ritate intrare præſumpſerint, tunc á mi-niſtris reipublicæ in cuſtodia mittantur, uſq; dũ ad iudiciũ publicum ꝓducantur, & ibi ſecundũ legem contra comitem, uel partem publicam componant. Reliqua autem, ut ſupra dictum eſt de decimis, et

Diſtricti, hoc eſt coacti, per caput, id eſt proſe, & eſt pleonaſmus, Componant, hoc eſt numerent, ſoluant, ut multam. Dura eſt oratio, ꝓ, in reliquis eccleſiæ ſatisfaciant, ut etiam contra comitem, uel partẽ publicam.

vi. Solidis contra eccleſiam, ſatisfaciant.

Hiuſentur, id eſt arreſtentur, ut barbarum barbaro exponam. Etſi enim Budeus ab ἀρέσκω deriuat, ego tamē puto eſſe aliud, ſiue à recte ſit factum, ſiue ſit uetus aliquod Germanicū uocabulum. Hiuſare autem, & hiuſam opinor ab eo eſſe, quod adhuc in plerisq; partibus Germaniæ huſa, id eſt prædium, fundus, agri tantū, quantum uni ruſtico ferê ſatis eſt ad rem familiarem, in legib. Longob. legitur Giſſentur, et Guiſſa. Dicitur per quandam deflexionem pro eo, quod latine diceretur fortaſſe, addicere, adiudicare, poſſidere, occupare, aut oppignorare, obligare debitori, uel reipublicæ.

Cap. VIII.

Vt homicidæ, aut cæteri rei, qui legibus mori debent, ſi ad eccleſiam confugerint, non excuſentur, neq; eis ibidem uictus detur. In legib. Longob. c. de reuerentia eccleſiæ.

Cap. VIIII.

Vt latrones de infraimmunitatem iudices ad comitis placita præſentent, & qui hoc non fecerit, beneficium, & honorem perdat,

 Simi-

Similiter & uuaſſus noſter, ſi hoc nõ impleuerit, beneficium, & honorem perdat, &, qui beneficium non habuerit bannum ſoluat.

Puto de infra immunitatem eſſe dictum pro ex immunitate, id eſt, loco, in quo facinoroſus eſt tutus, & á ueteribus dicitur aſylum à non præhendendo, uel abſtrahendo. Placita ſunt uel iurisdictiones, uel iudicia, uel conuentus ad diſceptandas cauſſas, inſtituti, ut ſæpe hæc uox habetur in legib. Longobard. ubi & Tit. eſt de his, qui ad placitum uenire coguntur, & iure Canonico. Videtur autẽ à uocabulo Germanico plats, id eſt area facta, & hoc uel ideo, q, in legib. Longob. aliquoties habet additum nomen malum, expoſitiue, quod non uideo quid ſignificet, niſi, quod nos dicimus ein mal, uel malſtat. i. locus indictus, uel deſignatus. Vnde aucupes noſtri malen, Dicunt, hoc eſt locum notare.

Cap. X.

De eo, qui periurium fecerit, nulla redemptione, niſi manum perdat. Quod ſi accuſator contendere uoluerit de ipſo periurio ſtent ad crucem, & ſi iurator

ſi iurator uicerit, lege ſua accuſator emendetur. Hæc uero de minoribus cauſis obſeruandum. De maioribus uero rebus, aut de ſtatu ingenuitatis ſecundum legem cuſtodiant.

In legibus Longob. c. de periurijs ita habetur initium huius legis, De eo, qui periurium fecerit, ſe ſciente, nullam redemptionem habeat, niſi manum perdat, & emendare ſtudeat. Et recte propterea, quoniam oratio, & ſenſus eſt perfectus.

Se ſciente Græco more, pro ſciens.

Caput XI.

De uindicta, & iudicio in latronib. facto epiſcoporum abſque peccato comitis eſſe dicunt, ſi tamen ut abſque inuidia, aut occaſione mala, & nihil aliud ibi interponatur, niſi uera iuſticia ad perficiendum. Et ſi per odium, aut malum ingenium, niſi per iuſticiam faciendum hominem diffecerit, honorem ſuum perdat, & legibus, contra quem iniuſte fecit, ſecundum pœnam.

Diffecerit id eſt interfecerit, aut fecerit, ut nõ ſit.

nam, quam intulit, emendet.

Prior pars huius conſtitutionis ita legitur lib. 1. leg. Longob.c. de furtis, & ſeruis fugacibus. De uindicta,et iudicio facto in latronibus, ut teſtimonio epiſcoporum abſq; peccato comites facere poſſunt (poßint mallem) ita tamen, ut abſq; inuidia, aut alia occaſione mala, & nihil aliud interponatur, niſi uera iuſticia perficienda, & pace confirmanda.

Pœnam, quam) L. libras auri optimi componat, medium regi, medium hæredib. defuncti.l. fin.tit.de conuicijs lib. 1.leg. Longobar. Poſterior pars huius legis eſt in leg. De duobus furtis, Tit. De furt. & ſeruis fugac. L. 1.leg.L ngobard.

Caput. XII.

Quæ bonæ memoriæ genitor noſter in ſua placita conſtituit, ſic & nos conſeruare uolumus.

Caput. XIII.

De rebus uero Eccleſiarum, unde nũc penſiones exeunt, Decima, & nona ſint ſoluta. Vnde antea non exierint, ſimiliter nona, & decima detur, atq; caſatis

quinquaginta

quinquaginta ſolido. 1. et de caſatis xxx. medio ſolido, & de uiginti tremiſſe, & præcarijs, ubi modo ſunt, renouentur, et ubi non ſunt, ſcribantur. Et ſit diſcretio inter præſtarias de uerbo noſtro factas, & inter eas, quæ ſpontanea uoluntate de ipſis reb. Eccleſiarum faciunt.

Hic per raſuram erat ſcriptum quinquaginta, fortaſſe melius legeretur ſexaginta, ut eſſet proportio numerorũ, ſiue penſiones caſarum ſignificantur, ſiue quid aliud. Eſt enim totus locus obſcurus, & corruptus, ut opinor. Tremiſſe uidetur poſitum pro triente, hoc eſt tertia parte ſolidi, Seu. 4. numulis, ut eſt comune precium, & æſtimatio ſolidi in legib. Longob. tit. de quantit. ſol. Et quid ſi primo caſatis, etiam præponeretur præpoſitio de, ut ſignificentur Nonæ, & Decimæ renouandæ pro numero caſarum, aut aruorum (ſuſpicor enim caſatum eſſe Germanicum, etſi à latino deflexum, geſat, aut rectius keſat. i. ſatum) partim pecunia, partim opera, quæ uelut libere ſeruilis eſt, ac iam frondinſt, hoffdinſt, appellatur. Et ſic pro precarijs legendum eſſet præſtarijs.

Caput XIIII.

De truſte facienda nemo præſumat.

In legib. Longob. Tit. de iterantibus. i. iter facientibus, ita habetur. De truſte facienda, ut nemo præſumat uenienti manſionem uetare, & q̃ neceſſaria ſunt, ſicut uicino ſuo, ei uendat. Vbi truſte, uidetur ſignificare iter, aut profectionem, quam nunc poſtam uocant, niſi quis mauult eſſe troſt. i. conſolationem, quæ preſtatur peregrinis per hoſpitalitatem, Simile quiddam habetur c. 42. Concilij Remens.

Caput. XV.

De cerarijs, & tabularijs, atq; caſtularijs ſicut de longo tempore fuit, obſeruentur.

Caſtularius, noſtrum eſt, a caſt. i. ciſta, quæ tamẽ uox. & latina, & Græca eſt, ut aliæ multæ.

Caput XVI.

De Sacramentis per geldonia inuicem coniurantibus, ut nemo facere præſumat. Alio uero modo de illorũ eleemoſynis, aut de incendio, aut de naufragio,

quamuis

quamuis conuenientia faciant, nemo in hoc iurare præſumat.

Melius in leg. Long. Tit. de aggreſſione in uic. ſ. De Sacramentis per Guildioniam ad inuicem coniurandis, ut nemo facere preſumat, alio uero modo de illorum (.ſ. coniurantium, & illorum, pro ſuis) aliunonijs, aut de incendio, aut de naufragio, quamuis conuenientiam faciāt, nemo in hoc iurare præſumat. Videtur autem guildionia factum a uillen, uoluntate, et thon, facere, ut nunc uilkir, dicimus, Videntur autem ſodalitates coniuratæ, aut coniurati fratres, ut nunc uocantur, prohiberi.

Caput. XVII.

De iterantibus, qui ad palacium, aut aliubi pergunt, ut eos cum collecta nemo ſit auſus ſalire.

Aſſilire habetur in Tit. de iteran. Leg. Long. l. 3. ubi ſequens lex eſt cum hac continuata, & collecta) eſt multitudo, aut armata manus, globus etiam dicitur in hiſtorijs.

Caput. XVIII.

Vt nemo alterius herbam defenſionis tempore tollere præſumat, niſi in hoſtem pergendo,

pergendo, aut miſſus noſter ſit. Qui aliter facere præſumit emendetur.

Caput. XIX.

De tholoneis. Qui iam antea furmanniti fuerunt, nemo tollat, niſi ibi, ubi antiquo tempore præſumat.

In leg. Long. L. 3. Tit. *de* Ep. *& cle. ita legitur,* De *tholloneis, quæ iam ante forbannita fuere, ut nemo tollat, niſi ubi antiquo tempore conſuetudo fuit. Videtur autem uox* Tolloneum, *facta non à græco teloneum, ſed à tollo, aut potius à thol. i. tributo ſaxonica pronunciatione, furmanniti aũt, quæ lectio magis placet, quam altera, eſt noſtrum furmanſt. i. admoniti. Sic diuino.* Titulus *capitis eſt coniunctus cum lege, ut ſæpe in hoc opere.*

Caput. XX.

Habetur paulo aliter. l. 2. leg. Longob. Tit. Qualiter mancipiorum uenditio fiat.

De mancipijs. Qui uendentur & in præſentia Epiſcopi, uel Comitis, aut in præſentia archidiaconi, & centenarij, ſiue uicedomini, aut iudicis, comitis, ante bene nota teſtimonia. & foras marcha

nemo

nemo mancipium uendat. Qui hoc fecerit, tantas uices bannum ſoluat, quanta mancipia uendit. Etſi non habet precium in uuadio per ſeruum ſemetipſum donet, uſq; dum ipſos bannos ſoluat. .i. toties. In uadio, i. in bonis.

Caput. XXI

De prunias, ut nullus foras noſtro regno uendere præſumat.

Puto hic ſcribendū pruncis, ut habetur l. 3. leg. Long. Tit. de bruncis extra no. Im. n.u. ſic.n. ibi ſcriptum eſt. Quid aūt, ſi eſſet noſtrum pantſer, aut tentorium. Certum eſt.n. ad armaturam, pertinere, ut inf. in Tit. Item Capitulare c. ut Bauga, & tit. De lege Ripuarenſe, c. De armatura.

Caput. XXII.

Si comes in ſuo miniſterio iuſticias non fecerit, miſſum noſtrum de ſua cauſa ſomniare faciat, uſq; dum iuſticiæ ibidem factæ fuerint.

Et ſi uuaſſus noſter iuſticias non fecerit, tunc et comes, et miſſus ad ipſius cauſam ſedeant, & de ſuo uiuant, quousq; iuſticias fecerint.

Extat hæc lex Tit de off. iud. l. 2. Leg. Longob. ubi tamen ſomniare facit, eſt ſcriptũ. Hic eſſet melius ſomniare faciat, pro, laboret, uigilet, niſi fallor. Quid autẽ ſit proprie Vaſſus, neſcio, niſi eſt dux inferior, aut ſecretarius, ut nunc uocant, a uiſſen. i. ſciendo, aut Baſe. i cognata, uocibus noſtratibus nonnihil demutatis, ut in multis fecerũt Itali, & Galli.

Caput. XXIII.

Si quis pro faida precium recipere nõ uult, tunc ad nos ſit tranſmiſſus, & nos eum dirigamus, ubi damnum minime facere poſſit. Simili modo &, qui pro faida precium ſoluere uoluerit, nec iuſticiam exinde facere, in tali loco eum mittere uolumus, ut per eum maius damnum non creſcat.

Extat

Extat hæc lex rub. de faidoſis, & ar. inf. ſignificat autem faida inimicitiam, & eſt à noſtro feind.

Cap. XXIIII.

De latronibus ita præcipimus obſeruandum, ut per primam uicem non moriantur, ſed oculum perdant. Habetur rub. de furtis, & ſeruis fug. li. 1. leg. Longob.

De ſecunda uero culpa naſus ipſius latronis abſcindatur.

De tertia uero culpa, ſi non emendauerit, moriatur.

Intelligit eam ciuitatem, quæ nunc uocatur Aquisgranum. Vtitur & Veſp. nomine ſimplici in hiſt. Caroli magni, & pleriq; alij.

ITEM CAPITVLARE, quod factum eſt in Aquis palatio publico Anno XX.

REgnante domino noſtro Ieſu Chriſto in perpetuum, ego Carolus, gratia dei, eiuſq; miſericordia donante, rex, et Rector regni francorum, & deuotus

ſanctæ eccleſiæ defenſor, humiliſq; adiutor, omnibus eccleſiaſticæ pietatis ordinibus, ſeu ſecularis potentiæ dignitatibus in Chriſto domino deo æthero ppetuæ pacis, et beatiſsimis ſalutē. Conſiderans pacifico piæ mentis intuitu, una cū ſacerdotibus, & conſiliarijs noſtris abundantem in nos, noſtrumq; populū Chriſti regis clementiā, & quám neceſſariū eſt non ſolū toto corde, et ore, & pietate agere grās deo inceſſanter, ſed etiā continua bonorū operū exercitatione eius inſiſtere laudibus, quatenus, qui noſtro regno tantas cōtulit honores, ſua protectione nos, noſtrūq; regnum inæthernum conſeruare dignetur, Quapropter placuit nobis ueſtram rogare ſolertiā, ó paſtores eccleſiarum Chriſti, et doctores gregis eius clariſſima mundi luminaria, ut uigili cura, &

Beatiſſimæ eſſet melius. Hic erat ſcriptum, pacificæ copia mētis intuitu

ἀνακόλουθον eſt ad præcedentia, conſideans pacifico piæ mētis int.

ſedula

ſedula admonitione populũ dei ad paſcua uitæ ætherne ducere ſtudeatis, et errãtes oues bonorũ exemplorũ, ſeu adhortationum hnmeris intra eccleſiaſticæ firmitatis muros reportare ſatagatis, ne lupus inſidians aliquem canonicas ſanctiones tranſgredientẽ, uel paternas traditiones uniuerſalium conciliorum excedentem, quod abſit, inueniens deuoret. Ideo magno deuotionis ſtudio admonendi, & adhortandi ſunt, imo, & compellendi, ut firma fide, & infatigabili perſeuerantia intra paternas ſanctiones ſe contineant, in quo opere, & ſtudio ſciat certiſsime ſanctitas ueſtra, noſtrã uobis cooperari diligentiã.

Satagimini) hic erat in ſcripto codice.

Quapropter & noſtros ad uos direximꝰ miſſos, qui ex noſtri nominis authoritate una uobiſcum corrigerẽt, quæ corrigẽda

 eſſent.

eſſent. Sed & allqua Capitula ex canonicis inſtitutionibus, quæ magis nobis neceſſaria uidebantur, ſubiunximus. Ne aliquis, quæſo, huius pietatis admonitionem eſſe præſumptuoſam iudicet, qua nos errata corrigere, ſuperflua abſcindere, recta cohortari ſtudemus, ſed magis beneuolo caritatis animo ſuſcipiat. Nam legimus in regnorum libris quomodo Sanctus Ioſias regnum ſibi a deo datum, circumeundo, corrigendo, admonendo ad cultum ueri dei ſtuduit reuocare, non ut me eius ſanctitati æquiparabilem faciam, ſed, q nobis ſunt ubiq; ſanctorum ſemper exempla ſequenda, & quoſcunq; poterimus ad ſtudium bonæ uitæ in laudem, & gloriam domini noſtri Iheſu Chriſti congregare, neceſſe eſt. Quapropter, ut prædiximus, aliqua Capitula notari iuſsimus,

ut ſimul

ut ſimul hæc eadem uos admonere ſtudeatis, & quæcunq; uobis alia neceſſario eſſe ſciatis, ut & iſta, & illa æquali intentione prædicetis, nec aliquid, quod ueſtræ ſanctitati, populo dei utile uideatur, omittite, ut pio ſtudio nos admoneatis, quatenus & noſtra ſolertia, & ſubiectorum obedientia æterna felicitate ab omnipotente deo remuneretur.

Vides imperatorem in ſpiritualibus, ut uocant, ab authoritate, ac iudicio Epiſcoporũ pendere?

Hoc non ſapit ijs, qui nihili faciunt authoritatem eccleſiaſticam, &, ut in petra, ſacerdotio, Capite, ac ſimilibus ita in luminibus nihil diſtinguunt.

Vide hic reuerentiam tanti principis erga generalia Concilia.

Et hoc eſt nonnullis noſtro tempore ualde inſipidum.

Audi, Fili mi, diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, ut addatur gratia Capiti tuo, & torques collo tuo. Prouer. 1. &, ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui, Prouer. 20.

Miſſos. i. legatos, aut Commiſſarios, à mittendo. gloſſ. In c. 1. de immunit. Eccleſi. dicit eſſet uulgare Italicum. in recẽtioribus hiſtorijs pro ſerculo etiã uſurpatur miſſus

Obſeruent hunc locum & epiſcopi, & principes, ut cōmunibus inter ſe ſtudijs eccleſijs præſint, & neutri alienos contemnant, at utriq; pro ſuis uiribus, & officio. Ne poßit hoc in eos dici, optat ephippia bos piger, optat arare caballus. ac ſemper habeant in conſpectu maiorum ueſtigia, nec temere aliquid mutent.

Omnibus.

Sunt enim aliqui, qui, culpis exigentibus, ab epiſcopo proprio excomunicātur, & ab alijs eccleſiaſticis, uel laicis præſumptuoſe in communionem accipiuntur, quod omnino ſanctum Nicenum Concilium, ſimul, & Chalcedonenſe, nec non & Antiochenum, atq; ſardicenſe fieri prohibent.

Epiſcopis.

De hac re habes egregie in 123. Nouell Iuſti.

Item habetur in eodem concilio, ut eorum, qui ad ordinandum ueniunt, fides, et uita prius ab epiſcopo diligenter diſcuciantur, & ſic ordinentur.

Omnibus

Omnibus.

Item in eodem Concilio, nec non & Antiocheno, ſimul & Chalcedonenſi, ut fugitiui clerici, & peregrini á nullo recipiantur, nec ordinentur ſine commendaticijs literis, & ſui epiſcopi, uel Abbatis licentia.

Omnibus.

Item in eadem Synodo interdictum eſt preſbyteris, & diaconibus, uel omnibus, qui in clero ſunt, mulierem habere in domo ſua propter ſuſpicionem, niſi matrem, aut ſororem, uel eas tantum perſonas, quæ ſuſpiciones effugiunt.

Et hæ poſtea, ſunt prohibitæ

Diacones frequenter ueteres dixerunt, cum ex origine dicendum eſſet diaconi. ſignificat autem διάκονος miniſtrum.

Omnibus.

Item in eodem Concilio, ſeu in decretis Papæ Leonis, nec non in canonibus, qui dicuntur Apoſtolorum, ſicut & in lege dominus ipſe præcepit omnino omnibus, interdictum eſt ad uſuram aliquid dare.

In Archetypo eſt, quæ, pro qui.

Epiſcopis.

Auditum eſt aliquos presbyteros miſſas celebrare, & non communicare, quod omnino in Canonibus Apoſtolorum interdictum eſſe legitur, uel quomodo dicere recte poteſt, ſi non communicauerit, ſumpſimus, domine, Sacramenta? hæc uero per ſingula Capitula inſtituta in Niceno concilio legere poteſtis, ſeu in alijs ſanctorum patrum ſynodalibus edictis.

Obſerua miſſas, et communicationem celebrantium.

Vide, quomodo Imp. expenderit uerbum, *ſumpſimus*, et quomodo à nobis poſſit expendi. In ſcripto codice eſt, inſtituta Niceno Concilij) ſed manifeſto uicio.

Omnibus

Omnibus.

In Antiocheno Concilio de his, qui damnati ſunt á Synodo, uel á ſuo epiſcopo, & poſtea miniſtrare præſumũt, præcipitur, ut nullus audeat eis communicare. Si quis uero eis communicat, ſimili ſententiæ ſubiaceat, ſicut & damnatus.

Hic eſt in ſcripto codice, quod hi) pro his) confuſiſsima conſtructione, & nullo certo ſenſu.

Simili) pro ita) uel ſicut) pro, cui) ac ita ſimili) pro eidem.

Epiſcopis.

Item in eodem Concilio, ut ad Metropolitanũ epiſcopum ſuffraganei Epiſcopi reſpiciant, & nihil noui audeant facere in ſuis parochijs ſine conſcientia, & conſilio ſui Metropolitani, nec Metropolitanus ſine eorum conſilio.

Sacerdotibus.

Hic eſt ſcriptum cor Epiſcopi, ſed male. *Item in eodem Concilio, ſimul et Acironenſi, ut chorepiſcopi cognoſcant modum ſuum, nihil faciãt abſq; licentia Epiſcopi, in cuius parochia habitant.*

Nihil tale admodum inuenitur nec in Chalcedonenſi, nec in Ancyrano Concilio, paßim tamen hoc alibi reperias, ut Can. 57. Synodi Laod. Quod autem per Acironenſe intelligat Ancyranum, c. 41. ab hoc ſequens indicat.

Omni clero:

Can. 11. & 12. *Item in eodem Concilio, ut Epiſcopus, uel quilibet ex clero ſine conſilio, uel literis Epiſcoporum, uel Metropolitani nõ audeant regalem dignitatem pro ſuis cauſis clamare, ſed in commune Epiſcoporũ Concilio cauſa eius examinetur.*

Regalem dignit. clamare, id eſt, petitionibus, & implorationibus auxilij fatigare, ſeu cruciare. Videtur autem legendum ad regalem dig.

Epiſcopis.

Item

Item in eodem Concilio, ſimul & in ſardicenſi, nec non & in decretis Innocentij papæ, ut nullus Epiſcopus in alterius parochia ordinationes aliquas audeat efficere, uel negocia peragere, quæ ad eum non pertinent.

Epiſcopis.

Item in eodem Concilio, ut epiſcopus eius Eccleſiæ curam habeat, ad quam ordinatus eſt.

Epiſcopis.

Item in eodem Concilio, nec non & Chalcedonenſi, ut conprouinciales Epiſcopi cum ſuo Metropolitano bis in anno propter cauſas Eccleſiæ Concilia celebrent. *Epiſcopis.*

In Concilio Laodicenſi, nec non in Africano præcipitur, ut monachi, can. 24.

&

& clerici tabernas non ingrediantur edendi, uel bibendi cauſa.

Clericis.

c. primo, extra de *Item in eodem Concilio, ut á ueſpera*
ferijs. Et *uſq; ad ueſperam dies dominica ſeruetur.*
recte adſcribitur, *Omnibus.*
ibi alij *Item in eodem Concilio, ut ignota an*
Concilio. *gelorum nomina nec fingantur, nec nominētur, niſi illorum, quos habemus in autoritate, ij ſunt Michael, Gabriel, Raphael.*

Non habetur in libris uſitatis, quod eſt argumentum Conciliorum acta non ubiq; integra eſſe.

Clericis, et Nunnanibus.

Can. 44. *Item in Concilio, ꝙ non oporteat mulieres ad altare ingredi.*

Caput non conuenit, cum canon generaliter loquatur de mulieribus, & cap. ſit de clericis, & Nunnanibus. Ita.n. & alibi appellantur ſacræ uirgines uocabulo ſumpto á Germanis per translationem, quod proprie ſignificat

ficat ſuem fœminam caſtratam, ſicut econtra ferè nos Græca uoce nominamus equos caſtratos ab ijs, qui ſe caſtrant propter regnum dei.

Sacerdotibus.

Item in eodem Concilio, ut cocloarij, malefici, incantatores, uel incantatrices fieri non ſinantur.

Per cocloarios intelligo petauriſtas, circulatores, & ſaccularios, idq; noſtra uoce. Tales enim ludiones cocler uocamus.

Omnibus.

Item in eodem concilio, nec nō in Sardicenſi, ꝙ non oporteat in uillulis, uel in agris epiſcopos conſtitui. Can. 17.

Sacerdotibus.

Item in eodem Concilio, ut Canonici libri tantum legantur in Eccleſia. Can. ult.

Clericis, & Monachis.

In Concilio Chalcedonenſi, ut non oporteat epiſcopos, aut quemlibet ex cle- Can. x

ro

ro per pecunias ordinari, quia utriq; deponendi ſunt, & qui ordinant, & qui ordinantur, nec non &, qui mediator eſt inter eos.

Omnibus.

Can. 30. Item de eadem re in Canonib. Apoſtolorum legitur, quam hæreſim iam ipſe Acto. 8. princeps Apoſtolorum in Simone mago terribiliter damnauit.

Nota, q. petrus dicitur à Carolo M. princeps Apoſtolorum.

Omnibus.

Ca. 3. et 4 Item in eodem Concilio infra duo Capitula, nec non & in decretis leonis papæ, ut nec monachus, nec clericus in ſecularia negotia tranſeat, & ut ſeruum alterius nullus ſollicitet ad clericalem, uel monachicum ordinem ſine uoluntate, & licentia domini ſui promouere.

Sacerdotibus.

Item in eodem Concilio infra duo Capitula, nec non & in Sardicenſi, ut nec Epiſcopi, nec clerici transmigrentur de ciuitate in ciuitatem. Can. 5.

Omnibus.

Item in eadem Synodo, ut nullus abſolute ordinetur ſine pronunciatione, & ſtabilitate loci. Can. 6.

Titulum uulgo uocant. 70. d. c. Neminem. & c. Epiſcopus, extra de præben. & dig.

Omnibus.

Item in eodem Concilio, ut clerici, & monachi in ſuo propoſito, & uoto, quod deo promiſerunt, maneant. Can. 4. & 7. Votum.

Sacerdotibus.

Item in decretis Innocentij papæ de eadem re, ut monachus, ſi ad clericatum probatur, propoſitum monachicæ profeſſionis non amittat. C. 10. *Omnibus.*

Omnibus.

c.9. *Item in eodem Concilio, ut, ſi clerici inter ſe negotium aliquod habuerint, á ſuo Epiſcopo dijudicentur, non á ſecularibus.*

Omnibus.

c.18. *Item in eodem Concilio, ut nec clerici, nec monachi conſpirationes, uel inſidias contra paſtorem ſuum faciant.*

Omnibus.

c.21. *Item in eodem Concilio, ut laici Epiſcopos, aut clericos non accuſent, niſi prius eorum diſcutiatur exiſtimationis opinio.*

Omnibus.

c.24. *Item in eodem Concilio, ut loca, quæ ſemel deo dedicata ſunt, ut monaſteria ſint, maneant in perpetuo monaſteria:*

nec poſſũt ultra fieri ſecularia habitacula.

Omnibus.

In Concilio Carthaginenſi primo omnium, ut fides ſanctæ trinitatis, & incarnationis Chriſti, paßionis, reſurrectionis, & aſcenſionis in cælos diligenter omnibus prædicetur. C. 1. & in 2. C. 1.

Non inueniuntur hi canones in uno Concilio Carthag. Sed ſparſim in his, & alijs, maxime in 4. Charth.

Omnibus.

Item in eodem de prohibenda auaricia, ut nullus alienos fines uſurpet, uel terminos patrum tranſcendat.

Omnibus.

Item in eodem de his, qui in periculò conſtituti ſunt, et conuertunt ſe ad deum, ut Canonice inquirant reconciliationem, & Canonice reconcilientur.

 Omnibus.

Omnibus.

Item in eodem, ut illi, qui non ſunt bonæ conuerſationis, & eorum uita eſt accuſabilis, ut non audeant epiſcopos, uel maiores natu accuſare.

Omnibus.

Item in eodem, ut, qui excommunicato præſumptioſe communicauerit, excommunicetur & ipſe.

Sacerdotibus.

Item in eodem Concilio infra duo Capitula, ut nullus preſbyter contra ſuum epiſcopum ſuperbire audeat.

Omnibus.

Item in eodem, ut clerici, & eccleſiaſtici ordinis, ſi culpam incurrerint, ut

apud eccleſiaſticos iudicentur, non apud Seculares.

Omnibus.

Item in eodem, ut, qui commodauerit pecuniam, pecuniam accipiat, ſi ſpeciem aliam, eandem ſpeciem, quantum dederit, accipiat.

Omnibus.

In Concilio Africano, ut uirgines deo ſacratæ á grauioribus perſonis diligenti cuſtodia ſeruentur. Ca. 11.

Epiſcopis.

Item in eodem, ut non liceat epiſcopo principalem Cathedram ſuæ parochiæ negligere, & ad aliquam eccleſiam in ſua diœceſi magis frequentare. C. 41.

Epiſcopis.

C.50. *Item in eodem, ut falſa nomina marty rum, & inceſtæ ſanctorum memoriæ nõ uenerentur.*

Omnibus.

C.69. *Item in eodem, ut nec uxor á uiro di-miſſa alium accipiat uirum, uiuente uiro ſuo, nec uir aliam accipiat, uiuente uxo-re priore.*

Huius canonis eſt ratio, q̃ alioqui ſons pars poſ-ſet etiam aliud matrimonium contrahere, uiuente inſon te. Nam aut manet copula, aut non manet. Si non ma-net, utriq; pariter licet iterum contrahere, cum hac par te adulteris non ſit hoc prohibitum. Si manet, inſonti e-tiam non licet. Huic autem non licet. Ergo & alteri non licet, idq; propter copulæ durationem. Loquitur autem canon generaliter, ac in alteram partem, cum præter cauſam adulterij coniunx dimittitur, nemo dubitat. Sic uerba Chriſti, & Pauli, 1. Corinth. 7. & Mileuita-num Concilium intelexit c. 17.

Epiſcopis.

Item

Item in eodem, ut probati á Metro-politano iudices non ſpernantur. C. 89.

Omnibus.

Item in eodem infra duo capitula, ut uides perſonæ non habeant poteſtatem accuſandi, &, ſi in primo crimine uicti ſunt falſum dicere, in ſecundo nō habeant poteſtatem dicendi. C. 96 & 97.

Omnibus.

Item in eodem, ut uirgines nō uelentur ante 25. annos, niſi rationabili neceſſitate cogente. C. 91.

In Aphricano Concilio potius declaratur. 26. Canon tertij Concil. Carth. q̃ hoc conſtituitur.

Omnibus.

In Concilio Gangarenſi, ut nulli liceat oblata, quæ ad pauperes pertinent, rapere, uel fraudare.

C. 11. *Sed de contemptu excipientium pauperes conuiuio, quam ἀγάπην uocarunt Græce, non de intercepitione ſimpliciter, etſi huc reduci poteſt.*

Omnibus.

C. 19. *Item in eodem, ut eccleſiaſtica ieiunia ſine neceſſitate rationabili non ſoluantur.*

Sacerdotibus.

In Concilio Acironenſi inuentum eſt in eos, qui cum quadrupedibus, uel maſculis contra naturam peccant, dura, & diſtricta pœnitentia. Quapropter epiſcopi, & presbyteri, quibus iudicium pœnitentiæ iniunctum eſt, conentur omnimodis hoc malum á conſuetudine prohibe-

re, uel abſcindere. In Concilio Neocæſarienſi, ut nullatenus presbyter ordinetur ante trigeſimum ætatis ſuæ annum quot dominus Ieſus non prædicauit ante trigeſimum annum. 30

In Concilio Aciron.) C. 15. *Vbi puto principium poſterioris tranſlationis deprauatum eſſe, ac legenda ſic eſſe Græca uerba,* περὶ τῶν ἀλόγως διαγόντων, *omiſſo* τὶ, *&* διάγοντες, *quæ habentur in uſitatis Codicibus, ac ideo in utraq; uerſione additam diſiunctiuam, ſiue uerſantur, q. participium* διαγόντων *ſit ambigui temporis. Quamq̃ rectius præteritum ſignificat.*

In Con. Neoc.) C. 11. In Nouell. Iuſt. *alicubi, niſi fallor, 35. anni requiruntur, ac utinam obſeruaretur talis aliqua diligentia, & ſeuerius ab epiſcopis regerentur clerici, ut debent, ac ubiq; iubentur in ſacris Canonibus.* 35

Omnibus.

In decretalibus Siricij papæ, ut alterius ſponſam nemo accipiat.

C. 4. 27. q. 2. De coniugali. Hic Papa ſedulo reſtitit

Manichæis, & alijs hæreticis, ac uixit tempore Gratiani, & Valentiniani, ante annos 1130.

ITEM EPISCOPIS, Monachis, & Virginibus.

ITem eiuſdem, ut monachi, & uirgines ſuũ propoſitũ omnimodis obſeruent.

C. 6. Vbi Monachorum fornicatio ſacrilega contagio uocatur, & eorum coniugia, niſi fallor, illiciti complexus, & prohibiti publicis legibus, & iure eccleſiaſtico. In ſequente uero capite probatur cælibatus ſacerdotum, ſed caſtus, eo, q. in ueteri teſtamento ſint iuſſi caſti eſſe, id eſt, abſtinere à proprijs uxoribus in ſuæ uicis adminiſtratione, & ideo permiſſum eis tantum cõiugium, q. nulli, niſi ex tribu Leui, potuerunt eſſe ſacerdotes, ne periret hæc tribus.

Omnibus.

C. 1. ep. 1. In decretalibus Innocentij papæ, ut pax detur, omnibus confectis Chriſti ſacramentis.

Hic rexit eccleſiam ſub tempore Arcadij, & Honorij FF. Impp. An. Dn. Vt nonnulli ſcribunt, 423.

Cæterum

Cæterum pax hic ſignificat oſculum pacis, non, ut alibi ferè, Euchariſtiam.

Sacerdotibus.

Item eiusdem, ut nomina publice non recitentur ante precem ſacerdotalem.

C. 2. & nomina ſignificant memorationem eorum, pro quibus fit oblatio, ut ibi dicitur.

Epiſcopis, & Sacerdot.

Item eiuſdem, ut nulli ſacerdotum liceat ignorare ſanctorum Canonum inſtituta.

Epiſcopis.

In decretis Leonis papæ, ſicut & in Sardicenſi Concilio, ut Epiſcopi alterius clericum ad ſe non ſollicitent, nec ordinent. C. 18.

Epiſcopis.

Item eiuſdem, ut nullus Epiſcopus ſeruum alterius ad clericatus officium ſine C. 9.

 domini

domini ſui uoluntate promouere præſumat, & hoc Gangarenſe Concilium prohibet.

Epiſcopis.

Item eiuſdem, ut, ſi quis ſacerdotum cōtra conſtituta decretalia præſumptioſe agat, & corrigi nolens, ab officio ſuo ſubmoueatur.

Epiſcopis.

C. 15. & 22. *In decretis Gelaſij papæ, ut nullus Epiſcopus uiduas uelare præſumat.*

Hæc enim, dilectiſsimi, pio ſtudio, & magna dilectionis intentione ueſtram unanimitatem admonere ſtuduimus, quæ magis neceſſaria uidebantur, ut ſanctorū patrum canonicis inſtitutis inhærentes præmia cum illis æthernæ felicitatis accipere mereamini. Scit namq; prudentia ueſtra, quam terribili anathematis cenſura

feriantur,

ſeriantur, qui præſumptioſe contra ſtatuta uniuerſalium conciliorũ uenire audẽt. Quapropter & uos diligentius admonemus, ut omni intẽtione illud horribile execrationis iudicium uobis cauere ſtudeatis, & magis canonica inſtituta ſequentes, et pacifica unitate nitentes ad æthberna pacis gaudia peruenire dignemini. Sunt quoq; aliqua Capitula, quæ nobis utilia huic præcedẽti admonitiõi ſubiũgere uiſa ſunt.

Viſa ſunt, prouiſum eſt, aut ſubiungere, poſitum eſt pro ſubiunctu, uel ad ſubiungendum, uel ut ſubiungerentur, uel ſubiungi.

Vobis, abundat. Nõ enim dicimus latine caueo mihi periculum, ſed, caueo periculũ, uel caueo mihi à periculo.

Omnibus.

Primo omnium, ut fides catholica ab Epiſcopis, & presbyteris Diligenter legatur, & omni populo prædicetur, quia hoc primum præceptum eſt domini dei omnipotentis in lege. Audi Iſrabel, quia

quia dominus deus tuus deus unus eſt, & ut ille diligatur ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & ex tota uirtute noſtra.

Deu. 6. ut Iohan. 8. *Qui ex deo eſt uerba Dei audit. Quia uero deus uideri non poteſt, loquitur per prophetas, apoſtolos, & eorum ſucceſſores in expoſitione ſcripturæ, & ordinationibus ad pietatem ſeruientibus.* Hinc *eſt, quod dicitur in Luca, Qui uos audit, me audit, &.* 1. Iohan. 4 *Qui nouit deum, audit nos, qui non eſt ex deo, non audit nos.*

Omnibus.

Vt pax ſit, & concordia, et unanimitas cum omni populo Chriſtiano inter Epiſcopos, Abbates, Comites, iudices, & omnes ubiq; ſeu maiores, ſeu minores perſonas: quia nil deo ſine pace placet, nec munus ſanctæ oblationis ad altare, ſicut in Euangelio, ipſo domino præcipiente, legimus, quia & illud ſecundum

Math. 5. reconciliare fratri tuo.

mandatum

mandatum eſt in lege, diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Leuit. 19

Ioh. 13. Mandatum nouum do uobis, ut dil. inuic. & tota prima epiſtola Iohan. plena eſt talib. præceptis non legalibus, ſed ſpiritualibus, hoc eſt, quæ tantum a credentibus in Chriſtum, & habentibus ſp. ſ. fieri poſſunt meritorie.

Item in Euangelio, beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Et iterum in hoc cognoſcent omnes, quia mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicē. In hoc enim præcepto diſcernuntur filij dei, & filij diaboli, quia filij diaboli ſemper diſſenſiones, & diſcordias mouere ſatagunt. Filij autem dei ſemper paci, & dilectioni ſtudent. Math. 5. Iohan. 13 Hic ſe cōtēplentur hæretici, & ſchiſmatici. Iuxta hoc Ion 8. illa homicida erat ab initio.

Omnibus.

Vt quibus data eſt poteſtas iudicandi, recte iudicent ſicut ſcriptum eſt, iuſte Pſal. 57. Deu. 16.

iudicate

Deu. 16. *iudicate filij hominum. Non in munerib.*
quia munera excæcant corda prudentiũ,
& ſubuertunt uerba iuſtorum. Non adu
latione, nec in conſideratione perſonæ, ſi-
Deu. 1. *cut in deuteronomio dictum eſt, Quod iu-*
ſtum eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille, ſiue pere
grinus, nulla ſit diſtantia perſonarũ: quia
dei iudicium eſt. Primo namq; iudici dili-
genter diſcenda eſt lex á ſapientibus popu
lis compoſita, ne per ignorantiam á uia ue
ritatis erret, et, dum ille rectum intelligat
Hic poſt *iudicium, caueat, ne aut per adulationem*
ne) Decli *aliquorum, aut per amorẽ cuiuslibet ami-*
net)eſt in
ſertum in *ci, aut per timorem alicuius potentis, aut*
Archet. *propter premium á recto iudicio declinet.*
ſed ocioſe *Et honeſtum nobis uidetur, ut iudices ieiu*
ni cauſas audiant, & diſcernant.

Omnibus.

Leuit. 19 *Item habemus in lege, domino præci-*

pſente, non periurabis in nomine meo, nec Exod. 20
pollues nomen domini dei tui, nec aſſumes Deu. 5.
*nomen domini dei tui in uanum. Ideo om*nino admonendi ſunt omnes diligenter, ut caueant periurium, non ſolum in ſancto Euangelio, uel in altari, ſeu in ſanctorum reliquijs, ſed et in communi loquela. Quia ſunt alij, qui per caritatem, & ueritatem iurant, & cauent ſe á iuramento nominis Dei, & neſciunt, quia idem eſt deus, quod eſt Caritas, et ueritas, Dicente Iohanne Apoſtolo, quia deus Caritas eſt.* Id eſt cũ iuratur p SS. Euangelia, quæ conſuetudo adhuc durat. Se pro ſibi.
Itē ipſe dominus in Euangelio, Ego ſum 1. Ioha. 4
uia, & ueritas, & uita. Ideo, qui in ueri- Ioh. 14.
tate, & caritate iurat, in deo iurat. Item cauendum eſt, ne phariſaica ſuperſtitione aliquis plus aurũ honoret, q̃ altare, ne dicat ei domin9, ſtulte, et cæce, quidē mai9, aurum, an altare, quod ſanctificat aurũ:

Sed

Sed & nobis uidetur honeſtum, ut, qui in ſanctis habet iurare, hoc ieiunus faciat cum omni honeſtate, & timore dei, & ſciat ſe rationẽ redditurũ deo uniuſcuiuſq; iuramenti, ubicunq; ſit, ſiue intra Eccleſiam, ſiue extra Eccleſiam, & ut paruuli ſine rationabili ætate non cogantur iurare, ſicut Gunebodigni faciunt, et qui ſemel periuratus fuerit, nec teſtis ſit poſthæc, nec ad ſacramentum accedat, nec in ſua cauſa, uel alterius iurator exiſtat.

Math. 23. Apte eſt hoc uſurpatũ, cum ſuperſtitio non ſit in cultu, aut obſeruatione rerum externarum ſimpliciter, ſed cum reſpectu, & collatione, hoc eſt, ſi non ſeruẽtur gradus, & leuiora grauioribus aut præferantur, aut habeantur paria. Sicut in eodẽ loco ſequitur. Et reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis iudicium, et miſericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Cæterum Gunebodigni) uocabulo ſuperimpoſitum eſt hic Guntbodigni) Sed neutrum eſt in c. Paruuli. 22. q. 5. ubi etiã habẽtur hæc uerba ſignificatur autẽ gens aliqua uel populus, uel fami lia, nec uox à noſtratib. abhorret.

22.q.4.c.ſi quis. Et c. paruuli. Et mitigat, aut corrigit hic Canon præcedẽtem legem c.10. De eo, qui periur.

Omnibus.

Item habemus in lege domini mandatum, non auguramini, & in deuteronomio, nemo ſit, qui ariolos ſciſcitetur, uel ſomnia obſeruet, uel ad auguria intendat. Item ne ſit maleficus, nec incantator, nec pythonis conſultor. Ideo præcipimus, ut caucolatores, & incantatores, & tempeſtarij, uel obligatores non fiant, & ubicũq; ſunt, emendentur, uel damnentur.

Leuit. 19
Deut. 18.

Excitentur hic epiſcopi ad tollendas ſuperſtitioſas opiniones de quibusdam preculis, pulſu, herbis, & ſimilibus, etiam per ſe licitis, & receptis ab eccleſia nonnunquã. Superſtitiones, quæ à nonnullis uſurpantur in Natali Chriſti, Feſto Iohan. Bapt. & ſimiles omnino tollant, quantum poſſunt.

Cauculatores, Cocler, ut ſuper c. Item in eodem Con. ut cocloarij. Male ſcriptum eſt in archety. caucolatores. Porro tempeſtarij ſunt obſeruatores tempeſtatum, ut fulguratores, & qui apud Senecam χαλαζο-

φύλακες.i grandinis obſeruatores appellantur. obligatores forte ſunt, qui pacta faciunt ſuperſtitioſa, ut nunc ſagæ, cum dæmonibus, aut etiam cum bonis ſpiritibus,

Item de arboribus, uel petris, uel fontibus, ubi aliqui ſtulti luminaria, uel alias obſeruationes faciũt, omnino mandamus, ut iſte peſſimus uſus, et deo execrabilis ubicunq; inuenitur tollatur, & deſtruatur.

Omnibus.

Leuit. 19 *Item prædicare neceſſe eſt quantũ malum ſit odium, uel inuidia, quia in lege ſcriptum eſt, Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publice arguas eum,*

Item Iohannes Euangeliſta, qui odit
1. Iohã. 3. *fratrẽ ſuũ homicida eſt. Itẽ in Euangelio,*
Math. 18. *ſi peccauerit in te frater tuus, uade, et corripe eum inter te, et ipſum ſolum, et cætera quæ ibi leguntur. De Auaricia autẽ le*

gimus Apoſtolum dicentem, Auaricia, quæ eſt idolorum ſeruitus, cauenda.

Coloſſ. 3. 1. Tim. 6

Item de concupiſcentia legitur, quod ſit radix omnium malorum, & in lege, non concupiſce rem proximi tui.

Exod. 20 Deut. 5. Num. 35.

Item ut homicidia infra patriam, ſicut in lege domini interdictum eſt, nec cauſa ultionis, nec auariciæ, nec latrocinandi fiant, et ubicunq; inuenta fuerint, á iudicibus noſtris ſecundum legem ex noſtro mandato uindicentur, & non occidatur homo, niſi, lege iubente.

Hoc c. ex ponit præcedentes quaſdam leges de Homic. c. 8. & 11. De furtis L. de duobus furtis, & ſeq. L. 1. leg. longob.

Omnibus.

Item et furta, et iniuſta connubia, nec non et falſa teſtimonia, ſicut ſæpe rogauimus, prohibete diligenter, ſicut et lex domini prohibet, & hoc cum magno ſtudio admonete, ut filij honorent parentes ſuos, quia ipſe dominus dicit, honora patrem

Et de prohibit. Nupt. L. ut epiſcopi, & L. illud præterea, L. 2.

Exod. 20 *tuum, & matrem tuam, ut ſis longæuus ſuper terram, quam dominus deus tuus dabit tibi.*

Sacerdotib.

Vide miſſarum celebrationes. *Ut epiſcopi diligenter diſcutiant per ſuas parrochias presbyteros, eorum fidẽ, baptiſma, & miſſarum celebrationes, ut & fidem rectam teneant, & baptiſma Catholicum obſeruent, et miſſarum preces bene intelligant, et ut pſalmi digne ſecundum diuiſiones uerſuum modulentur, et dominicam orationem ipſi intelligant, et omnibus prædicent intelligenda, ut unuſquiſq; ſciat, quid petat á deo, et ut, Gloria patri, cum omni honore apud omnes cantetur, & ipſe ſacerdos cum ſanctis angelis, et populo dei communi uoce, ſanctus, ſanctus, ſanctus, decantet. Et omni*

modis

modis dicendum eſt preſbyteris, & diaconibus, ut arma non portent, ſed magis ſe confidant in defenſione dei, quam in armis.

Se, abundat, et eſt Germaniſmus, ſich verlaſſen.

ALIQVID SACERdotibus, Aliquid omnibus.

ITem placuit nobis admonere reuerentiam ueſtram, & ut unuſquiſq; ueſtrum uideat per ſuas parrochias, ut eccleſia dei ſuum habeat honorem, ſimul & altaria ſecundum ſuam dignitatem uenerentur, & non ſit domus dei, & altaria ſacrata peruia canibus, & ut uaſa ſacrata deo cum magna ueneratione habeantur, & ut ſacrificia ſacrificata cum magna diligentia ab eis colligantur; quæ dignis cum honore ſeruentur,

Hic eſt in archet. qui dignis uel cum.

ſacrificia

et ut ſecularia negotia, uel uaniloquia in eccleſijs nõ agantur, quia domus dei domus orationis debet eſſe, non ſpelunca latronum, et ut intentos habeant animos ad deum, quando ueniunt ad miſſarum ſolennia, et ut non exeant ante completionem benedictionis ſacerdotalis.

O ſeculũ, ó Germania.

Vide, ſit domus dei, & altaria, non altare. Vt nunc paßim altaria deſtruuntur in templis, uix uno relicto. q. Miſſa non ſit incruenta uictima, ut. Gregor. Nazian. eam appellat.

Almitas, ab almus, inuſitatũ alioqui.

Sacerdotibus.

Sed et hoc flagitamus ueſtram almitatem, ut miniſtri altaris dei ſuum miniſterium bonis moribus ornent, ſeu alij Canonici obſeruantiæ ordines, uel monachi, præpoſiti, congregationes, obſecramus, ut bonam, & probabilem habeant

Vtinam hoc eſſet factum aut tandẽ inciperet fieri. O pontifices. O Epiſcopi.

beant

beant conuerſationem, ſicut ipſe dominus in Euangelio præcepit. Sic luceat lux ueſtra coram hominib. ut uideant opera ueſtra bona, et glorificent patrem ueſtrum, qui in cælis eſt, ut et eorum bona conuerſatione multi pertrahantur ad ſeruitiū dei, & non ſolum ſeruilis conditionis infantes, ſed iam ingenuorū filios aggregent, ſibiq; ſocient, et, ut ſchola legentium puerorum fiat. Pſalmos, notas, cantus, computum, gratiam per ſingula monaſteria, uel Epiſcopia, et libros Catholicos bene emendate, quia ſæpe, dum bene aliqui deum rogare cupiunt, ſed per inemendatos libros male rogant, et pueros ueſtros non ſinite eos uel legendo, uel ſcribendo corrumpere, et, ſi opus eſt, Euangeliū, pſalterium, et miſſale ſcribere, perfectæ ætatis homines ſcribant cum omni diligentia. Mat. 5. Aut dū), hic, aut, ſed) abundat. Digniſſima Chriſtiano principe admonitio.

Nota, q lux, & opera coniũguntur. Hæc ſunt uelut teſtimonia quædam, ſeu fructus illius .i. doctrinæ, quæ naſcitur in pectore, non in ore, ut eſt Hypocritarum, & pſeudoprophetarum, qui utriq; ſimulant probitatem, ſed illi ſæpe ſine falſa doctrina, hi nunq̃, ac ideo pernicioſiores: ab Apoſtolis hæretici appellantur. Et hoc eſt, quod Chriſtus alibi iubet eos cognoſci ex fructibus ſuis. Non .n. fructus ſignificant proprie doctrinam, cum dicantur intus lupi, & foris oues per antitheton, ac internum cognoſci nequeat ſic per externum. Si ergo falſos prophetas, hoc eſt falſam doctrinam, ſignificant lupi, ueſtimenta ouium uerorum ſimulationem, id eſt ſanæ doctrinæ ſpeciem, non poteſt doctrina fructus eſſe prophetæ, quo noſcitur, niſi falſa doctrina uera eſt fructus, aut contra, falſæ uera, uel etiam alterutra ſuiipſius. Huc pertinet, q Chriſtus in hoc loco manifeſte loquitur de operibus pietatis, & perturbatoribus eorum cum alijs leuioribus, aut ipſorum etiam inter ſe. Omnia ergo, quæcumq; uultis, ut faciant uobis &c. Et intrate per anguſtam portam. Idq; ante uerba, Attendite à falſis proph. Et poſt hæc dicit, non intraturos, niſi, qui faciant uoluntatem patris eius, iubetq; tales operum præpoſteros Magiſtros à ſe diſcedere, ut operantes iniquitatem. Quod ſiquis dicat prophetæ fructum eſſe doctrinam, ut tunica ſarctoris eſt opus, reſponderi debet, Chriſti ſimilitudinem de arbore meliorem eſſe, imo artium ſimilitudines huc non

quadra-

quadrare, cum abuti quis eis poſſit, uirtute, & probitate non item. Sicut enim arbor, ſi eſt bona, malos fructus non poteſt ferre, cum eius actio ſit naturalis, ita iuſtus non poteſt iniuſte facere, hoc eſt Iuſticia non poteſt male uti, & econtra. Conuenit hoc plane cum Auguſtini doctrina de bonis maximis, ut habetur lib. 2. ſement. d. 26. Ac, ut maxime ualerent ſimilitudines artium, tamen ſimplices æque, ac non facile poſſunt falſos doctores à ueris dijudicare, non poſſunt doctrinam à doctrina diſcernere, cũ plerumq; falſa ueris, & uera falſis inuoluant, ac diſcentem oporteat credere, ut ille inquit, facit ad hoc omnium ueterum huius loci expoſitio, & quod alibi dicitur, cum cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadunt, & q Chriſtus in Euangeliſtis iubet ſuos diſcipulos cauere à fermento Phariſæorũ, ac manifeſte intelligit fermẽto doctrinã. Eſt. n. hic locus illius expoſitio, nec ijdem ſignificantur per Phariſæos, & Hypocritas, Cum hi poſſint eſſe, ut nõ ſint Phariſæi ſimul, Contra illi non poſſint eſſe, niſi una ſint hypocritæ. Alteri ſunt lupi, alteri uentres. Conſentiunt ferè SS. PP. ut etiam habetur in concil. Magunt. c. 18.

Sacerdotibus.

Simul & hoc rogare curauimus, ut omnes, ubicunq; ſunt, qui ſe uoto monachicæ uitæ conſtrinxerit, monachice, & re-

Pro. 75. Eccleſ. 5. et paſſim in ueteri teſt.

gulariter omnimodis ſecundum uotum ſuum uiuant, ſecundum quod ſcriptum eſt, Vota ueſtra reddite domino deo ueſtro, & iterum, melius eſt non mouere, quã nõ reddere, & ut ad monaſteria uenientes ſecundum regularem ordinẽ primo in pulſatorio probentur, & ſic accipiantur, et qui ex ſeculari habitu in monaſteria ueniunt, non iſti foras ad miniſteria monaſterij mittantur ante, quam intus bene erudiantur, et, ut monachi ad ſecularia placita non uadant. Similiter qui ad clericatum accedunt, quod nos nominamus Canonicã uitã, uolumus ut illi Canonice ſecũdũ ſuã regulã omnimodis uiuãt, et Epiſcopus illorũ regat uitã ſicut abbas monachorũ.

De placitis uide ſupra.

Vita Canonica, uita clericorum.

Hæc omnia pulchre ſcilicet noſtro tempore ſeruantur. Quid igitur aliud, q̃ grauem pœnam, expectamus, niſi totis animis ad deum conuertamur, agamus pœnitentiam, & deprecemur culpam?

Omnibus.

Vt æquales menſuras, & rectas, & pondera iuſta, & æqualia omnes habeãt, ſiue in ciuitatibus, ſiue monaſterijs, ſiue ad dandum in illis ſiue ad accipiendum, ſicut in lege domini præceptum habemus. Item in Salamone, domino dicente, pondus, et pondus, menſuram, & menſuram odit anima mea. Leuit. 19 Deut. 25 Prou. 20

Omnibus.

Et hoc nobis competens, & uenerabile uidetur, ut hoſpites, & peregrini, et pauperes ſuſceptiones regulares, & Canonicas per loca diuerſa habeant. Quia ipſe dominus dicturus erit in remuneratione magni diei, hoſpes eram, & ſuſcepiſtis me. Et Apoſtolus hoſpitalitatem laudans dixit, per hanc quidam placuerunt angelis hoſpitio ſuſceptis. Erit, pro eſt. Math. 25 Ad Heb. 13.

Epiſcopis

Epiſcopis, & Abbatibus.

Auditum eſt aliquas Abbatiſſas contra morem ſanctæ dei Eccleſiæ benedictiones cum manus impoſitione, & ſignaculo ſanctæ Crucis ſuper capita uirorum dare. Nec non et uelare uirgines cum benedictione ſacerdotali, quod omnino uos, ſanctiſſimi patres, in ueſtris parochijs interdicendum eſſe ſcitote.

Clericis.

Vt illi clerici, qui ſe fingunt habitu, uel nomine monachos eſſe, & non ſunt, omnimodis uidetur corrigendos, atq; emẽdandos eſſe, ut uel ueri monachi ſint, uel ueri Canonici.

Solœciſmus, & hyperbaton. Sic recte diceretur, uidetur, ut illi clerici, &c. omnimodis corrigantur, atq; emendẽtur, omnimodis) ut ſæpe in hoc libello alibi, ponitur pro omnibus modis) aduerbialiter, & inuſitate.

Omnibus.

Omnibus.

Item & pſeudographia, et dubiæ narrationes, uel omnino, quæ contra ſidem Catholicam ſunt, ut epiſtola peſſima, et fallaciſſima, quam tranſacto anno dicebãt aliqui errantes, & in errorẽ alios mittentes, quod de cælo cecidiſſet, nec credãtur, nec legantur, ſed comburantur, nec in errorem per talia ſcripta populus mittatur, ſed ſoli canonici libri, & Catholici tractatus, & ſanctorum authorum dicta legantur, & tradantur.

Vide impoſturã, & audaciam hæreticorũ.

O Carole quid faceres nunc, ſi reuiuiſceres, & imperares?

ALIQVID SACER.

Aliquid omnibus.

ITem ut iſti mangones, & cogciones, qui ſine omni lege uagabundi uadunt, per iſtam terram, non ſinantur uagari,

&

& deceptiones hominibus agere. Nec iſti nudi cum ferro, qui dicunt ſe data ſibi pœnitentia, ire uagantes, melius uidetur, ut ſi aliquid inconſuetum, & capitale crimen commiſerint, in uno loco permaneãt laborantes, & ſeruientes, & pœnitentiã agentes, ſecundum quod ſibi Canonice impoſitum ſit.

Mangones barbare dicuntur, qui latine dicuntur in ueteri iure uenaliciarij. Pro deceptoribus hic generaliter uidetur poni. Sic & Cogciones aut pro impoſtoribus, aut pro fatuis, à noſtro kek, uel Gauch, & hæc à Cuculo, quod à Cræco κοκκύξ deriuatum eſt.

Omni clero.

Vt cantum Romanum pleniter diſcant: ordinaliter per nocturnale, uel graduale officium peragatur, ſecundum quod beatæ memoriæ genitor noſter Pipinus rex decertauit, ut fieret, quando Gallicanum tulit, & ob unanimitatem apoſtoli-

ce

cæ ſedis, & ſanctæ dei Eccleſiæ pacificã concordiam.

Puto hic legendum decreuit, & per Gallicanum (*erat etiã hic in membrana ſcriptum, ut uera lectio, Galligam:*) *intelligi leges* Gallicanas i. *Gallis latas, quod ipſe, & alij temporum illorum capitulare uocant.*

Omnibus.

Statuimus quoq;, ſecundum quod & in lege dominus præcepit, ut opera ſeruilia diebus dominicis non agantur, ſicut et bonæ memoriæ Genitor meus in ſuis ſynodalibus edictis mandauit, id eſt quod nec uiri ruralia opera exerceãt, nec in uinea colenda, nec in campo arando, uel fœnum ſecando, uel ſæpem ponendo, nec in ſyluis ſtirpare, uel arbores cædere, uel in petris laborare, nec domus cõſtruere, nec hortum laborẽt, nec ad placita cõueniãt,

Stirpare) puto poſitũ pro putare, uel ablaqueare.

nec uenationes exerceant: Et tria carraria opera licet fieri in die dominico, Id eſt ortalia carra, uel uictualia, uel ſi forte neceſſe erit corpus cuiuslibet ducere ad ſepulchrum.

De Sabbatho præcepit, quod Eccleſia pro libertate ſua commutauit in proximum diem & ad declarandum ſuũ ius contra Iudæos, & ad celebrandum eum diem, in quo Chriſtus reſurrexit, unde & dominicus appellatur.

Quid ſi carra) omittatur, & pro ortalia) legatur tortalia, ſicut in manu ſcripto codice t, litera uoci ortalia eſt in fronte ſuperpoſita? Poſſent aut intelligi fortaſſe inſtrumenta iudiciorum Capitalium, hoc eſt machinæ, quorum uſus eſt tum in cuſtodiendis, tunc in torquendis facinoroſis.

Item fæminæ opera textrilia non faciant, nec capillent, ueſtitus non conſuãt, uel acupictile faciant, nec lanam carpere, nec linum battere, nec publice ueſtimenta lauare, nec uerueces tondere habeant licitum, ut omnimodis honor, & requies diei dominicæ

Hic erat ſcriptum aquopictile.

dominicæ ſeruetur. Sed ad miſſarum ſolennia, ad eccleſias undiq; conueniant, & laudent dominum in omnibus bonis, quæ nobis in illa die fecit.

Battere) eſt Germanicum ab eo, quod nos iam dicimus **Beſſern**, *ſaxones* **betteren**. *Conſtat autem ex alijs uetuſtis monumentis, francicam linguam priſcam ſimiliorem ſaxonicæ præſenti fuiſſe, q̃ ei, qua nunc utuntur franci noſtrates, aut meridionaliores populi Germaniæ. Reſſen id his temporibus apud nos dicitur. Poteſt etiam accipi pro eo, quod nos dicimus* **brechen**, *aut* **ſchwingen**, *hoc eſt frangere, aut uentilare, ſeu fractum, & cõtuſum linum uerberando purgare, & ita fortaſſe melius, cum ſic uſurpatum inueniatur & alibi, & L. Siquis homini lib. de his, qui inſidiando, uel ſ. & c. i. Leg. Longob. adeoq; in uernaculo uſu adhuc ſit apud Italos.*

Omnibus.

Sed & ueſtrum uidendum eſt dilectiſſimi, & uenerabiles paſtores, et rectores eccleſiarum dei, ut preſbyteros, quoſquos mittitis per parrochias ueſtras ad regendum per eccleſias populum deo ſeruientẽ,

ut recte, & honeſte prædicent, et non ſinatis noua, uel nō canonica aliquos ex ſuo ſenſu, et non ſecundum ſcripturas ſacras fingere, ac prædicare populū. Sed uoſmet ipſi utilia, honeſta, et recta, et, quæ ad uitā ducunt æthernam, prædicate, aliosq; inſtruite, ut hæc eadem prædicent.

Quomodo ſint docendi populi de fide Chriſtiana. Trinitas.

Primum omnium prædicandū eſt omnibus generaliter, ut credant patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum unum eſſe deum omnipotentē æthernū, inuiſibilē, qui creauit cælum, & terram, mare, et omnia, quæ in eis ſunt, & unam eſſe deitatē, ſubſtantiam, et maieſtatem in tribus perſonis patris, et filij, et ſpiritus ſancti.

Incarnatio filij.

Item prædicandnm eſt, quomodo dei filius incarnatus eſt de ſpiritu ſancto, et ex Maria ſemp uirgine pro ſalute, et reparatione humani generis paſſus, ſepultus

tis, et tertia die reſurrexit á mortuis, & aſcẽdit in cælos, et quomõ iterũ uenturus ſit in maieſtate diuina iudicare oẽs hoĩes ſecundũ merita propria, et quomõ impij ꝓ ſceleribus ſuis cũ diabolo in ignẽ æthernũ mittuntur, et iuſti cum Chriſto, et ſanctis angelis ſuis in uitam æthernam.

Quomodo ſecũdũ merita, Carole? an fidei ſolitudinẽ ignorauiſti? an uero creditũ eſt illis tẽporibus Chriſti quidem beneficiũ, ac meritũ eſſe infinitũ, ſed in nobis fidẽ nõ ſufficere, ac ſpiritum ſanctũ ignem, caritatem, donũ dei, ſpiritualem unctionem dici potius, & cani, q̃ fidem?

Item diligenter prædicandũ eſt de reſurrectiõe mortuorũ, ut ſciãt, et credãt in iiſdẽ corporib. premia meritorũ accepturos.

Item cũ omni diligẽtia cunctis prædicãdum eſt, pro quibus criminibus deputentur cum diabolo in æthernũ ſupplicium. Legimus enim Apoſtolũ dicentem, manifeſta autem ſunt opera carnis, quæ Gal. 5.

ſunt fornicatio, ĩmundicia, luxuria, inimicitiæ, contentiões, æmulationes, animoſitates, iræ, rixæ, diſſenſiones, hæreſes, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates cõmeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico uobis, ſicut prædixi, quoniam, qui talia agunt, regnum dei non poßidebunt. Ideo hæc eadem, quæ magnus prædicator eccleſiæ dei ſigillatĩ nominauit, cũ omni ſtudio prohibite. Intelligentes, quam ſit terribile illud, quod dicit, quia, qui talia agunt, regnum dei non conſequuntur. Sed omni inſtantia admonete eos de dilectione dei, ex proximi, de fide, & ſpe in deo, de humilitate, & patientia, caritate, & cõtinẽtia, de benignitate, & miſericordia, de eleemoſynis, et confeßione peccatorũ ſuorum, &, ut debitoribus ſuis ſecundum dominicam orationem ſua debita dimittant:

Nihil nc de ſola fiducia, reiectis à ſocietate iuſtificationis operibus inuſitata ſubtilitate?

tant:

tant: Scientes certiſsime, quod, qui talia agunt, regnum dei poſsidebunt, et hoc ideo diligentius iniungimus ueſtræ Caritati, quia ſcimus temporibus nouiſsimis pſeudo doctores eſſe uenturos, ſicut ipſe dominus in Euangelio prædixit, et Apoſtolus Paulus ad Timotheum teſtatur. Ideo dilectiſsimi toto corde præparemus nos in ſcientia ueritatis, ut poſsimus contradicentibus ueritati reſiſtere, & , diuina donante gratia, uerbum dei creſcat, et currat, & multiplicetur in profectum ſanctæ eccleſiæ, & ſalutem animarum ueſtrarum, et laudem, et gloriam nominis domini noſtri Iheſu Chriſti. Ad Theſſal. 3.

Et propheta es Carole? Quos uero demonſtras? Monachóſne, an tam uarias ſectas noſtrorum temporum? Satis hoc declaras in alijs tuis conſtitutionibus.

Quod uerbũ Carole? Solà ne fides, contemptus ordinis, Chriſmatis, extremæ unctionis, ſacrificij Miſſæ, & ceremoniarum eccleſiæ?

Pax prædicantibus, gratia obedientibus, et gloria domino deo noſtro Ieſu Chriſto amen. Anno dominicæ incarnatiōis dcc.lxxxix. indictione xij. anno xx. regni noſtri actū eſt huiꝰ legationis edictū in Aquis grani palatio publice, data eſt hæc carta die decimo Kal. Aprilis.

De Monachis Girouagijs, uel ſarabattis II. Item Ca. de Anachoretis. melius eſt, ut hortentur in congregatione permanere, q̄s aīmos eorū aliubi ambulare tētent

Puto Giruagijs, & ſarabattis germanica uocabula eſſe, alterum ab errando, et curru, alterum à ualde, & cum difficultate tranſeundo, ac utroq; ſignificari circumcelliones, & mendicos. Anachorita, uerò Græcum eſt, ab ἀναχωρεῖν ſecedere, et ſignificat proprie monachum. i. ſolitarium, quales in Aegypto fuerunt, & apud nos einſidel, i. ſolitarie ſedendo id eſt uerſando.

III.

***V**t non parui pendentes ſint paſtores*

animarum ſibi commiſſarum, nec maiorem curam habeant de lucris terrenis, quám de animabus ſibi commiſsis.

IIII.

De obedientia, quæ Abbati exhiberi debet, et ut abſq; murmuratione fiat.

V.

De decanis, et præpoſitis, ut eorum mutatio ſecundum regulam fiat.

VI.

De cellarijs monaſterij, ut non auari mittantur, ſed quales regula præcipit.

VII.

Vt, ubi corpora ſanctorum requieſcunt, aliud oratorium habeatur, ubi fratres ſecrete poßint orare.

VIII.

De Eulogijs.

VIIII.

Vides hic non tantū ſcholas fuiſſe monaſteria diſcentiū literas, et pietatem, ſed præcipue cœtus ad cultum diuinum deſtinatos?

De ſuſceptione hoſpitum, ſicut regula continet.

X.

De ueſtimentis Monachorũ, ubi ſuperfluum eſt, abſcindatur, & ubi minus, augeatur.

XI.

Vide Regulam, et probationem.

De nouiter uenientibus ad conuerſationem, ut ſecundum regulam probentur, et non antea ſuſcipiantur, niſi, ſicut regula iubet. Et nullus cogatur inuite repromittere, et de obedientia, et de ſtabilitate permanendi, ſicut regula habet.

Hæc diligenter cõſidera cõtra hoſtes Monaſticæ.

XII.

De filijs nobilium, qui offeruntur.

Offeruntur, id eſt, in monaſterium dantur, ac deo conſecrantur.

XIII.

De ordinando Abbate.

XIIII.

De fratribus in uia directis.

XV.

XV.

Vt nullus Abbas pro ſuſceptione Monachi premium quærat. Hic in ſcripto libro eſt, non quæras, ſed male, ut pleraq; alia.

XVI.

Vt diſciplina monachis regularis imponatur, non ſecularis. Iidem non orbentur, nec mancationes alias habeant, niſi ex authoritate regulæ.

Id eſt ne ita puniantur adimendis rebus, & mutilandis membris, ut prophani, autem ſeculares puniuntur, ſed ut regula præſcribit.

Item Cap. I.

Vt comites pupillorum, & orphanorum cauſas primum audiant, & in uenationem non uadant illo die, quando placitum debent cuſtodire, nec ad partum.

Obſeruent hanc legem Principes, & alij nobiles ordinum ſuperiorum, & diſcant ab hoc Heroe non ſatis eſſe cauſſarum cognitionem conſiliarijs committere, nec præeſſe alijs tãtum eſſe in ſplendore, ac delicijs uerſari. Par-

tum aut in hoc loco uidetur eſſe Germanicum uocabulum & ſignificare ludicrum certamen, cuiuſmodi fortaſſe nũc eſt uulgare, quòd parren) uocant, & uidetur eſſe factum à partibus, aut partiendis certaturis. Placitum *uero cuſtodire, eſt intereſſe iudicio, cauſſas audire, ac dijudicare.*

II.

Al. De ſacramētis fidelitatis cauſſa etc

De ſacramento fidelitatis, quod nobis, & filijs noſtris iurare debent, quod his uerbis conteſtari debet. Sic promitto ego ille partibus domini mei Caroli regis, & filiorum eius, quia fidelis ſum, & ero diebus uitæ meæ ſine fraude, uel malo ingenio.

III.

De monaſterijs, ubi Nunanes ſine regula ſedent, uolumus, ut in uno loco cõgregatio fiat regularis, & Epiſcopus præuideat, ubi fieri poſſit, &, ut nulla abbatiſſa forás monaſterio exire præſumat ſine noſtra iuſſione, nec ſibi ſubditas face-

foras) abũdat. Facrce. ſ. hoc, id eſt exire.

re

re permittat, & earum clauſtra ſint bene firmata, & nullatenus ibi uini leodd's ſcribere, uel mittere præſumat, & de pallore earum propter ſanguinem nouationem.

Hic locus eſt obſcurus, & corruptus. Opinor aũt prohiberi admonitiones, quæ fiant à temulentis mulieribus de pallido colore monialium corrigendo per ſanguinis nouationem, aut minutionem (ita.n.erat etiam hic adſcriptũ, & ſi non integre minuationem) uelut inſtrumentum luxus, & laſciuiæ, ut uini leodd's nomen ſit Germanicum, à uine (quod latinum eſt in noſtra lingua, & lodde, uili, aut nihili muliere, ut dicimus Lodeſack, Weinſchlauch, & ſimilia. Deinde poſt uerbum præſumat) &, coniunctionem puto abijciendam, & pro ſanguinem, ſcribendũ ſanguinis.

IIII.

De tabulis, uel codicibus requirendis, et ut nullus in pſalterio, uel euangelio, uel in alijs rebus ſortiri præſumat, nec diuinationes aliquas obſeruare. .ſ. talibus. aut ſacris

V.

V.

Vt nullus glorietur per iniuſticiæ rationem aut conquirere aliquid, aut continere.

Nemo debet reuelare propriam turpitudinem, multo minus gloriari de iniuſtè factis, uti frequens tamẽ eſt hoc tempore.

VI.

Vt illæ diſciplinæ, quæ propter legẽ conſeruandam ſunt conſtitutæ, propter premium non dimittantur.

Vt permittere ſacerdotibus Concubinas, aut ſcorta, laxare publica ieiunia priuati quæſtus cauſſa, & ſimilia facere, quæ ſpecies quædam Simoniæ ſunt, ac ſeueriſſime probibita in Concilijs, & Sac. Canonibus.

VII.

Vt audiant Epiſcopi baptiſterium presbyterorum, ut ſecundum morem Romanum baptizent.

Puto ſcribendum adeant (.ſ. cum baptiſant) & hoc ideo, quia baptiſterium (βαπτιστήριον) ſignificat uas, in

qua baptiſatur, quem fontem uocamus, qui certe non poteſt audiri de forma baptiſmi.

VIII.

De calciamentis ſecundum Romanũ uſum.

IX.

Vt in diebus feſtis, uel dominicis omnes ad Eccleſiam ueniant, & non inuitent presbyteros ad domos ſuas ad miſſam faciendam.

Vides hic non intra quadringentos annos incepiſſe miſſas celebrari ſine communicantibus, ut uocant? Non eſt enim credibile omnes omnibus diebus feſtis eo tempore ſumpſiſſe Euchariſtiam, nec dicitur hic ad communicandum, ſed ad faciendam miſſam.

X.

Omnino probibendum eſt omnibus ebrietatis malum, & iſtas coniurationes, quas faciunt per Sanctum Stephanum, aut per nos, aut per filios noſtros probibemus, Ebrietas Coniurationes.

bemus, & præcipimus, ut epiſcopi, uel Abbates nō uadant per caſam miſcendo.

Per caſam puto intelligi diuerſorium, aut aliam publicam domum, ac uetari Epiſcopos, & Abbates profanis cœtibus ſe admiſcere.

XI.

De eo, ꝗ miſsi noſtri prouidere debent ne forte aliquis clamor ſuper Epiſcopum, uel Abbatē, uel Abbatiſſam, uel Comitem, ſeu ſuper qualemcunq; gradum ſit, & nobis renunciare.

Eſt Germaniſm9 Das nit ein geſchrey wer/ od ſei.

XII.

De iniuſtis Theloneis.

Et intelligitur de ſiniſtra fama.

XIII.

De manu leproſi.

XIIII.

Vt monachi, et qui in ſacerdotali gradu conſtituti ſunt, ad ſecularia negocia nō traſeant. De reliquis tōſuratis detur ſpacium uſq; in ſynodum noſtram. XV.

Vides hic ueterē cōſuetudinē in gradib. aut ordinibus clericorum ;

XV.

Vt Epiſcopi, et Abbates, et Abbatiſſæ cuplaſcanum non habeant, nec falcones, nec accipitres, nec ioculatores.

In hoc ſpeculo diligenter ſe contemplentur Epiſcopi, Germanici præſertim.

Cuplaſcanum forte uocat gregem, aut cætum canum uenaticorum, à cuplen, .i. copulando.

XVI.

De pauperibus in plateis, uel quadruuijs iacentibus, ut ad Eccleſiæ, & illorũ confeſsiones donentur.

Id eſt pauperes explorentur, qui digni ſint auxilio, qui non ſint, ut Eccleſiæ) uox proprie ſignificet fidelem populum, non templum, uti ſæpe ſignificat, etiam apud ueteres, niſi quis uelit pauperes ad templa debere mendicare, ut nunc eſt conſuetudo, ſed ita eſſet Eccleſiã) legendũ, & confeſsiones duriter cohæreret.

XVII.

Vt ſuper altaria tecuria fiant, uel laquearia.

Teucuria puto Germanicum eſſe teke, Vt tegmen

XVIII.

bemus, & præcipimus, ut epiſcopi, uel Abbates nõ uadant per caſam miſcendo.

Per caſam puto intelligi diuerſorium, aut aliam publicam domum, ac uetari Epiſcopos, & Abbates profanis cœtibus ſe admiſcere.

XI.

De eo, ꝙ miſſi noſtri prouidere debent ne forte aliquis clamor ſuper Epiſcopum, uel Abbatẽ, uel Abbatiſſam, uel Comitem, ſeu ſuper qualemcunq; gradum ſit, & nobis renunciare.

Eſt Germaniſmꝰ Das nit ein geſchrey wer/ od ſei.

XII.

De iniuſtis Theloneis.

Et intelligitur de ſiniſtra fama.

XIII.

De manu leproſi.

XIIII.

Vt monachi, et qui in ſacerdotali gradu conſtituti ſunt, ad ſecularia negocia nõ trãſeant. De reliquis tõſuratis detur ſpacium uſq; in ſynodum noſtram. XV.

Vides hic ueterẽ cõſuetudinẽ in gradib. aut ordinibus clericorum:

XV.

Vt Epiſcopi, et Abbates, et Abbatiſſæ cuplaſcanum non habeant, nec falcones, nec accipitres, nec ioculatores.

Cuplaſcanum forte uocat gregem, aut cætum canum uenaticorum, à cuplen, .i. copulã do.

In hoc ſpeculo diligenter ſecontemplentur Epiſcopi, Germanici præſertim.

XVI.

De pauperibus in plateis, uel quadruuijs iacentibus, ut ad Eccleſiæ, & illorũ confeßiones donentur.

Id eſt pauperes explorentur, qui digni ſint auxilio, qui non ſint, ut Eccleſiæ) uox proprie ſignificet fidelem populum, non templum, uti ſæpe ſignificat, etiam apud ueteres, niſi quis uelit pauperes ad templa debere mendicare, ut nunc eſt conſuetudo, ſed ita eſſet Eccleſiã) legendũ, & confeßiones duriter cohæreret.

XVII.

Vt ſuper altaria tecuria fiant, uel laquearia.

Teucuria puto Germanicum eſſe teke, tegmen.

XVIII.

Vt

Vt clocas non baptizent, nec cartas per perticas pendant, propter grandinē.

Cloca manifeſte noſtrum eſt, ac ſignificat tintinabulum dicatum rebus ſacris, quæ campanas uulgo uocamus, ac prohibetur hic ſuperſtitio, non aliqua legitima, & Eccleſiaſtica benedictio, uel conſecratio non ſuperſtitioſa.

XIX.

Vt miſsi noſtri prouideant beneficia noſtra, quomodo ſint condirecta, & nobis renunciare faciant.

Hic erat uerbum ſciant) ita correctum, in quo uidetur phraſis Germanica eſſe, ut eſt etiam in uoce miſsi, geſchickte, legati, apoſtoli.

XX.

De leproſis, ut ſe non intermiſceant alij populo Chriſtiano. Et omnino miſsis noſtris præcipimus, ut bona, quæ alijs per uerbum noſtrum docent facere, factis in ſe ipſis oſtendant.

Alijs) pro alios, uti alio) ſcriptum erat in præcedentibus, ubi nos alij) poſuimus, correcto ſolœciſmo.

Incipit

INCIPIT CAPITV-lare, Qualiter præcepit dominus Rex de quibuſdam cauſsis.

PRimo cap. de Xenodochijs iuſsit, ut, quicunq; Xenodochia habent, ſi ita pauperes paſcere uoluerint, & conſilio facere, quomodo ab antea fuit, habeant ipſa Xenodochia, & regant ordinaliter, & ſi hoc facere noluerint, ipſa dimittant, & per tales homines in antea ſint gubernanda, qualiter deo, & nobis exinde placeant.

Vbiq; ferè nomen Xenodochium) per ſ. erat ſcriptum uicioſe. Eſt enim deriuatum á ξένος, hoſpes, & δοχεῖον, receptaculum, hoſpitale uulgo dicitur, et á noſtris eadem uoce, ut fit, mutilata, Spital. Quamquam nunc generaliter hæc uox uſurpatur non tantum pro domo, in quam recipiuntur hoſpites, aut peregrini, ſed etiam pauperes ciues, & hoc magis Ptochodochium eſſet uox propria.

Tametſi adhuc habentur in quibusdam locis uera Xenodochia, ut Nurnbergæ, ſi non fallor.

II.

De Eccleſijs baptiſmalibus, ut nullatenus eas laici homines tenere debeant, ſed per ſacerdotes fiant, ſicut ordo eſt, gubernatæ, & neq; illi pagenſes negligentiam habeant de hoc, quod ibidem facere debeant, & illi ſacerdotes ſic regant, quomodo ordo Canonicus expoſcet.

Fiant gubernatas) erat ſcriptum, ſed male, fiant gubernatæ) autem poſitum eſt pro gubernentur. Et illi pro noſtro articulo, die) quo tamen latini carent omnino.

III.

De aduocatis ſacerdotum, uolumus pro Eccleſiaſtico honore, & illorum reuerentia aduocatos habeant.

IIII.

De diuerſis generationib. hominum, qui in Italia commanent, uolumus, ut, ubi-

cunq; culpa contigerit, unde faida creſcere poteſt, propter eas fatigationes hominis illius, cõtraq; culpam ſecundum ipſius legem, cui negligentiã commiſit, emendet. De uero ſtatu ingenuitatis, aut alijs querelis, unus quiſq; ſecundum ſuam legem ſe ipſum defendat. Quia actor ſequitur forum rei.

V.

De compoſitionib. quæ ad palatium pertinẽt, ſi comites ipſas cauſas commouerint ad requirendũ, illam tertiam partẽ ad eorum recipiant opus, duas uero ad palatium. Et, ſi per ſuam negligentiam remanſerint, & miſſus dominicus ipſas cauſas cæperit inquirere, tũc uolumus, ut ipſe comes illam tertiam partem non habeat rectum integritate ad palatium ueniat. Eorũ) pro ſuum.

Comites) &, habeant) puto hic legendũ, ut numeri cõueniant, & pro rectum opinor ſcribendum, ſed cum.

VI.

De monaſterijs, & Xenodochijs, quæ per diuerſos comites eſſe uidentur, ut regalia ſint, & quicunq; ea habere uoluerit, per beneficium dono regis habeat.

Hic regales, et eas nõ minus inepte.

Hic erat ſcriptum ineptiſsime, De monaſteria, & Senedochia, qui etc. Videtur aũt uelle, ut monaſteria, & Xenodochia, quæ ſita ſunt in comitatibus, pertineant ad unum aliquod iudicium, & poteſtatem regiam.

VII.

De rebus per diuerſos comites uolumus, ut ad placitum pertineant.

Idem generaliter hic præcipitur.

Placitum, id eſt iudicium, adminiſtrationem regiam, de qua uoce alibi.

VIII.

Si cui res in eleemoſyna datæ ſunt, et ipſe mortuus fuerit ante, quam eas diſpenſet, tunc miſſus dominicus una cum epiſcopo parrochiæ illa conquiret, qualiter in domini regis mercede ipſa eleemoſyna fiat

fiat facta, & infra xxx. noctes impletæ eſſe debent. Fiat facta pro fiat puto eſſe dictũ Germanica phraſi, et hoc pro collocetur, i meręcede) aũt. pro ad utilitatẽ.

Hic erat ſcriptum conredit nulla ſententia, nos diuinando conquiret in huius locum poſuimus nemini ſuum iudicium præripientes.

IX.

De filia, cuius pater per manum arrogatoris homines ſeruos ſuos iuſsit fieri liberos, & quia contra legem eſſe uidetur, inſtituimus, ut ipſa in tertiam portionem.

Hæc lex habetur in Tit. de eo, quod pater neceſſe hab. L.2. leg. Longob. integra. Deſunt. n. hic in fine uerba, de præfatis rebus iterum introire liceat, & ſic ipſa eſt poſitum pro ipſi. Adſcribitur etiam ibi lex Pipino. Cæterum uox arrogatoris hic impropriè poſita eſt, pro prætore fortaſſe, aut alio, qui confirmat libertates.

X.

Placuit inſerere, ubi lex erit, præcellere conſuetudinem, & nulla conſuetudo ſuperponatur legi.

Præcellere conſuetudinem. ſ. eam. i. ut lex præcellat cõſuetudinem. Eſt. n. per ſe hoc ambiguum, ut facile eſt uidere perito ſermonis.

XI.

Commeatum) poteſtatẽ, ſeu permiſſionem.

Placuit etiam nobis, ut, quæcũq; fæmina poteſtatẽ habet per comeatum uiri ſui uendere, habeat poteſtatem & donare.

XII.

De mancipijs palatij noſtri, et Eccleſiarum noſtrarũ, nolumus mundiũ recipere, ſed noſtra ipſa mancipia habere.

Vox Mundium ſæpe occurrit in legg. Longob. & plerumq; ſignificat tutelam, unde Mundualdi, uel Mundoaldi, hoc eſt tutores, ab adminiſtranda tutela. Item formunden, Mundlin uoces plané Germanicæ, hic ſignificat poteſtatem generaliter.

XIII.

Placuit nobis, ut illos liberos homines

comites

comites noſtri ad eorum opus ſeruile non opprimant, & quicunq; hoc fecerit, ſicut iudicandum habemus, emendet.

Illos, abundat, ac eſt imitatio Germanici articuli, die freyen.

Hoc obſeruent & præfecti principum, & ipſi principes, qui profecto, niſi aduigilent ipſi quoq; diligenter, non ſunt excuſati.

XIIII.

De rebus, quæ Hildegardæ reginæ traditæ fuerunt, uolumus, ut fiant deſcriptæ breues, & ipſe breues ad nos fiant adductæ.

Hanc duxit è Sueuorum gente, repudiata filia Deſiderij regis Longobardorum. Porro loco uerborum deſcriptæ breues erat poſitum diſcreptæ breue, ſed male, ut ipſe lector uidet. Breue autem, quo uocabulo adhuc utuntur pontifices Romani, puto Germanicum eſſe, ac ſignificare literas. Ita.n. Saxones dicunt ein breue, nos, ut pleraq; alia durius ein brieff, in locis quibuſdam Saxonicis etiam ein briep, hoc eſt litera.

XV.

Id eſt, ſuum. *Non eſt noſtra uoluntas, ut homines Placẽtini per eorum præceptum de curte palatij noſtri illaldiones recipiant.*

Per illaldiones puto hic ſignificari miniſtros, & eſſe uocem noſtratem Ehalten. Alibi Aldiones. Curtem uero, quam latini cortem, aut cohortem uocauerunt.

XVI.

Tit. de furtis, & ſer. fugac. lib. 1. leg. Long. circa finem. *De fugitiuis, qui in partib. Beneuenti, et Spoleti, ſiue Romania, uel Pẽtapoli, qui confugium faciunt, & reddantur, & ſint reuerſi ad proprium locum.*

XVII.

Sicut conſuetudo fuit ſigilla, et epiſtolas prendere, & uias, uel portas cuſtodire, ita nunc ſit factum.

In tit. de cerar. & cart. l. 2. leg. Long. eſt eadem lex, et ibi ſcribitur ſigillos, & epiſtolas, ego puto ſcribendum ſigilla, & cætera conuenire, ut de literis, quæ paſſim portantur, authoritate publica inſpiciẽdis loquatur. Sit factũ aũt) eſt dictum pro fiat, ut in præcedẽte lege, ſint reuerſi) pro reuertantur.

Cap.

CAP. QVAE AD-
Niumaczd.

VNuſquiſq; in ſuo miſatico maximam habeat curam ad præuidendũ, & ordinandum, ac diſponendum ſecundum uoluntatem dei, & ſecundum iuſsionem noſtram.

Sic eſt in ſcripto codice, & non poſſum diuinare quid ſit, niſi eſt nomẽ alicuius ducis, ut ſit noſtrũ niemants. i. nemo relatum in quandam latinitatem, & à (legendũ eſt pro ad. Iocoſum aũt forte fuit nomen, ut ſæpe habent in Aulis quale apud Homerum eſt Vlyſſis οὔτις. i. nemo, et Vlrici Hutteni Poema: ſimile Germanicum ſané Feſtiuum his temporibus circumfertur?

II.

De ſacramento, ut hi, qui antea fidelitatem partibus noſtris nõ promiſerunt, promittere faciant, & inſuper omnes de nuo repromittant.

Faciunt promittere) promittant.

III.

Vt ea, quæ inter filios noſtros propter pacis Concordiam ſtatuimus, pleniter omnes conſentire debeant.

IIII.

Vt prædicti miſſi per ſingulas ciuitates, & monaſteria uirorum, & puellarũ præuideant, quomodo, aut qualiter in domibus Eccleſiarum ornamenta eccleſijs emendata, uel reſtaurata eſſe uideantur, & diligenter inquirant de conuerſatione ſingulorum, uel quomodo emendatum habeant, quod iuſſimus de eorum lectione, et cantu, cæteriſq; diſciplinis, & eccleſiaſticæ regulæ pertinentibus.

Pro ad Eccleſiaſticam.

IIII.

Vt ſinguli Epiſcopi, Abbates, Abbatiſſæ diligenter conſiderent Theſauros Eccleſiaſticos,

ne

ne propter perfidiã, aut negligentiam cu- ſtodum aliquid de uaſis, reliquo quoq; theſauro perditum ſit, quia dictum eſt nobis quod negociatores, Iudæi, nec non & alij gloriantur, quod quicquid eis placeat, poſſint ab eis emere.

Nunc eſſet opus non legibus, quæ multæ ſunt egregiæ, ſed ipſo Carolo contra bonorum Eccleſiaſticorum Harpyias, aut Scillas potius, & Charybdes.

V.

Volumus, ut æqualiter miſsi noſtri faciant de ſingulis cauſis, ſiue de Heribanno, ſiue de aduenis, ſiue de cæteris quibuslibet cauſis. De aduenis uolumus, ut, qui iam diu coniugati ſunt per ſingula loca, ut ibi maneant, & ſine cauſa, uel ſine aliqua culpa non fiant eiecti, fugitiui uero, et latrones redeant ad propria loca. .i. eijciãtur Germaniſmus.

Heribãn. fuit pœna. lx. ſolid. ut habetur lege, Quicunq; liber homo etc. rub. de exercit. et his, qui 1. b. l. 1. leg. long. et rub. de Heribanno l. 3. Itẽ infra in addi. ca. l. 2.

VI.

VI.

Auditum habemus, qualiter & comites, & alij homines, qui noſtra beneficia habere uidentur, cõparant ſibi proprietates de ipſo noſtro beneficio, & faciunt ſeruire ad ipſas proprietates ſeruientes noſtros de eorum beneficio, et curtes noſtræ remanent deſertæ, & in aliquibus locis ipſi uicinantes multa mala patiuntur.

Hic eſt in Archetypo, *curtes noſtras deſertas*, manifeſto errore. Nõ enim poſſum credere, quod ſic ipſi Impp. ſcripſerint.

VII.

Sunt Lupi, quibus oues committũtur. *Audiuimus, quod aliqui reddant beneficium noſtrum ad alios homines in proprietatem, & in ipſo placito, dato precio, comparant ipſas res iterum ſibi in alode, quod omnino cauendum eſt: quia, qui hoc faciunt, non bene cuſtodiunt fidem,*

quam

 142

quam nobis promiſſam habent. Et, ne forte in aliqua infidelitate inueniantur, qui hoc faciunt, per eorum uoluntatem ad aures noſtras talia opera illorum non perueniunt.

In Alode.i. in proprietatem, ut hæreditarium, liberũ, et immune. Hinc eſt Allodium iuris conſultorum. Videtur à noſtro eſſe all).i. omne, totum, quaſi, quod pleno iure habetur. parum ad rem facit, quod hic nonnulli de laudatiuo, & laudenio fabulantur.

VIII.

Sunt & alij, qui iuſticiã legibus recipere debent, et in tantum fiunt in quibuſdam locis fatigati, ut, qui, dum ſuam iuſticiam per fideiuſſorem manus tradunt, ita aliquid, uel paruum poſſint habere, & fortiores ſuſcipiant maiorem portionem.

Hæc Lex ualde fuit deformata, nec ullum certum ſenſum habuit. Ego pro mea libertate, ut fit in morbis deploratis qualecunq; remedium adhibui, quod eruditi nõ ægre ferrent. Legitur autem iſthic fatigatus, quidum illorum etc.

pro

Pro eo,quod ego feci,fatigati,ut ſuam. In fine eſt, portiorem) pro portionem. Quis autem in his uerbis poteſt eſſe ſenſus? Probiberi aũt uidetur ſui iuris traditio,quæ fit per extractionem litium à præfectis priuati commodi gratia, abſterritis actoribus,& contentis modico. Sic & noſtris temporibus facere ſolent illæ Harpyiæ.

IX.

De mendicis, qui per patrias diſcurrunt uolumus. ut unuſquiſq; fidelium noſtrorũ ſuum pauperem de beneficio, aut de propria familia enutriat, & non promittat alicubi ire mendicando, & ubi tales inuenti fuerint, niſi manibus laborent, nullus ei quicquã tribuere, præſumat.

Vtinam hæc lex diligenter obſeruaretur. Fit enim, dũ nemo ſcit, qui ſit dignus auxilio, non raro, ut etiam nihil accipiant, qui uere ſunt egentes, aut multa pereant pijs, ac alatur pigricia, & ſceleratiſſima quorundam uita confirmetur. Notus eſt libellus Germanicus de impoſturis, & flagitijs Mendicorum, cuius author ſe tantum appellat Expertum in truſis, .i. Deceptionibus. Iudæi ſunt nobis

hac parte meliores, idq; lege Dei præſcribente, pertinet huc tertia pars bonorum Eccleſiaſticorum, ut notum eſt ex multis Synodis.

X.

De Teloneis, et ciſpaticis, ſicut in alia capitula ordinauimus, teneant id, ut ubi antiqua couſuetudo fuit exigantur, et, ubi noua fuerint inuenta, deſtruantur.

Opinor Ciſpaticis uocem eſſe noſtram zinſpar, ſiue, ut nunc, dantem penſionem ſignificat, ſiue penſionem ipſam, pro illis fortaſſe temporibus. facta eſt autem à cenſus latino, detorta ſignificatione ab Euangeliſta etiam, qui, ut Greco, eſt uſus.

XI.

Vſura eſt, ubi amplius requiritur, quam detur, uerbi gratia, ſi dederis ſolidos 10. & amplius requiſieris, uel, ſi dederis modium frumenti, & iterum ſuper aliud exegeris.

Iterum) abundat, & ſuper) aduerbium hic eſt. Latinum eſſet, & præter hoc aliud exegeris.

XII.

Ad phi lip. 1.

XII.

Cupiditas in malam partẽ ſepe uſurpatur, ſecus de uerbo cupio, et cõcupiſco.

Cupiditas in bonam partem poteſt accipi, & in malam, in bonam iuxta Apoſtolum, cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, & in pſalmo, concupiuit anima mea in atria domini.

XIII.

Anacoluthon.

Cupiditas uero in malam partem accipitur, qui ſupra modum res quaſlibet iniuſte appetere uult iuxta Salomonem,

Eccle. 18. poſt concupiſcentias tuas non eas.

XIIII.

Auaricia eſt alienas res appetere, et

1. Thimoth. 6. adeptas nulli largiri, & iuxta Apoſtolum hæc eſt Radix omnium malorum.

XV.

Turpe lucrum exercent, qui per uarias circumuentiones lucrandi cauſa inhoneſte res quaſlibet cõgregare decertant.

XVI.

XVI.

Fœnus eſt, qui aliquid præſtat, iuſtum fœnus eſt, qui amplius non requirit, niſi quantum præſtitit. Quicumq;.n. tempore meſsis, uel tempore uindemiæ non neceſsitate, ſed propter cupiditatem comparat annonam, aut uinum, uerbi gratia, de duobus denarijs comparat modium unũ, & ſeruat uſq; dum iterum uenundare poſsit contra denarios quatuor, aut ſex, et amplius, hoc turpe lucrum dicimus. Si autem propter neceſsitatem comparat, ut ſibi habeat, & alijs tribuat, hoc negociũ dicimus.

Turpe lucrum.

Cõtra denarios q. pro denarijs decẽ.

Fœnus eſt, qui aliq. etc) improprie dictum eſt pro fœnus exercet, cum is, qui accipit ab alio pecuniam, aliquid præſtat, ſ. præter ſortem. Etſi legendum puto, cui aliquid præſtatur. Sic de ſequentib. Iuſtũ fœnus eſt etc.) iudicari debet, et uelle Carolum eſſe differentiam inter fœnus generaliter, et iuſtum fœnus ſpecialiter, ut hic eſt poſitum.

Notate hoc diligenter, qui annonæ caritatem publice propter ueſtrum lucrum introducitis, et uos magiſtratus, qui tantam turpitudinem contra leges toleratis.

XVII.

Cōſiderauimus itaq́;, ut præſenti anno, quia per plurima loca fames ualida eſſe uidetur, omnes Epiſcopi, Abbatiſſe, optimates, & comites, ſeu domeſtici, et cunctifideles, qui beneficia regalia tam de rebus Eccleſiaſticis, quám de reliquis habere uidentur, ut unuſquiſq; de ſuo beneficio ſuam familiam nutricari faciat, et ſua proprietate propriam familiam nutriat, &, ſi deo donante, ſuper ſe, et ſuper familiam ſuam aut in beneficio, aut in dote annonam habuerit, et uenundare uoluerit non carius uendat, niſi modium de auena denarijs duobus, modum de ordeo contra denarios tres, modium unum de ſecale cōtra denarios

denarios. IIII. modium unum de frumento parato contra denarios. VI. et ipſum modium ſit, quod omnibus habere conſtitutum eſt, ut unuſquiſq; habeat æquam mẽſuram, & æqualia modia. Vide modia.

Contra denar.) pro, tribus denarijs, ut paulo ante, & in ſequentibus. Deinde ſecale eſt frumentum, quod plurimum in Germania naſcitur, ac dicitur alioqui farrago, ut eſt in Plin. l. 18. c. 16. noſtri uocant alibi Rokken ſpeciali nomine, alibi korn, generali, & Rokken) fortaſſe à farrago eſt factum, abiecta prima ſyllaba, & mutatis paululum uocalibus in cæteris ſyllabis.

I.

Ut nullus ad mallum, uel ad placitum infra patriam arma portet, id eſt, ſcutum, & lanceam. De mallo & placito ſupra eſt dictũ. *II.*

De latronib. quicunq; poſt miſſam ſancti Iohannis latroni manſionem dederit, ſi francus eſt, cum xij. ſimilibus francis iuret, ſe latronem eum fuiſſe, non sciſſe,

licet pater eius ſit, aut fratér, uel propinquus, ſi hoc iurare non potuerit, & ab alio conuictus fuerit, ꝙ latronem in hoſpitio ſuſcepiſſet, quaſi latro, & infidelis iudicetur, quia latro, et infidelis eſſe noſter, & francorum, &, qui illum ſuſcepit, ſimilis eſt illi. Si autem audiuit, ꝙ latro fuiſſet, & tamen non ſcit pro firmiter, aut iuret ſolus, quod nunꝙ eum audiſſet nec per ueritatem, nec per mendacium latronem, aut ſit paratus, ſi ille de latrocinio poſtea uictus fuiſſet, ut ſimilis damnetur.

Pro firmiter) pro, abundat, aut aduerbium eſt poſitum pro nomine firmo.

Miſſam uocant Mercatum, aut Nundinas celebriores, ut ſunt his temporibus Francfortenſis, Nordlingenſis, et ſimiles. Vnde et noſtrũ meß, aut Saxonice miß. Videtur aũt huc tranſlatum uocabulum á ſacrificio Chriſtíanorũ, quod puto ſic dictum eſſe non á uoce Hebræa, ut Capnion uoluit, et nunc multi nimium ſtudioſi nouitatis opinãtur, nec á miſſa, id eſt dimiſſa multitudine congregata, cũ inep tum eſſet dicere ſacerdotem, ite, miſſa eſt) in trib. uerbis, mutato numero, & perſona ad eundum cætum, ſed aut á miſſa

miſſa hoſtia,hoc eſt, delata in conſpectum, uel ad altare cæleſte, ut ſignificatur in 4.lib. Sententiarum diſt. 24. Mittit.n.Eccleſia Chriſtum in hoc myſterio,uelut legatũ, et deprecatorẽ ad patrem,ac offert ei,hoc eſt oſtendit hoc tantum filij beneficium,admonet eum huius, per id eũ placare ſtudet,orat eum pro uiuis,& mortuis,non mactat iterum,non crucifigit,ut blaſphemi calumniantur, Et ualet hoc ex opere operato,ut loquuntur in ſcholis,id eſt ex inſtitutione diuina, nõ ex opere operantis.i.non, quia fit hoc à ſacerdote,cui ſæpe eſt exitio,ſicuti ſumẽtib.idigne, aut quia uox hæc uſurpata eſt,cum iam corrumpi latinitas cepiſſet,generaliter,pro actu uelut publico,ſicut Græci liturgiam uſurpauerunt, & in recentioribus hiſtorijs latini miſſum a mittendo,id eſt agendo,inflexo uocabulo nonnihil ad generalitatem.Sed ita aut uerbum,eſt)perfectionem ſignificat,aut participium aliquod,ut facta,uel celebrata)intelligi debet.

III.

Vt nullus comparet caballum,bouẽ, et iumentum,uel alia, niſi illum hominem cognoſcat,qui eum uendidit, aut de quo pago eſt,uel ubi manet, aut quis eſt eius ſenior.

IIII.

In archetipo, eſt aut) et deinde quãtum.

De aduenticijs autem, cum miſsi noſtri ad placitum uenerint, habeant ſcriptum, quanti aduenticij ſunt, in illorum miſſatico, & de quo pago ſunt, & nomina eorum, & qui ſunt eorum ſeniores.

Miſſaticum puto uocari literas, in quibus datur alicui teſtimonium de profectione, et mandato, quas decretales, & concilia uetera uocant formatas, recentiora uero, & aulæ credentias, aut credentiales, omnia barbara.

Similes direximus miſſos in Aquitaniam, et in Langobardiam, ut omnes fugitiuos, & aduenticios ad noſtrum placitum adducant, quicunq; iſta Capitula habet, ad alios miſſos tranſmittat, qui non habent, et nulla excuſatio de ignorãtia fiat, & hoc miſsi noſtri ante natiuitatem domini cognitum faciant.

Incipiunt Cap. excerpta de Canone.

Vt ꝑ ſingulos annos ſynodus bis fiat.

De bis

De his egregie ſtatutum eſt in Synodis, etiam poſtremis, ut Conſtant. & Baſileenſi, uerũ non diligenter actũ eſt. Et hoc eſt feré, q̃ nunc ita concutitur Eccleſia.

II.

Qualis ad ſacerdotium, uel ſacros ordines, ſecundum quod in Canone legimus, uenire non poteſt.

Qui nullum habet impedimentum, nec naturæ, nec fortunæ, nec maculæ. Vt uulgo in iure Canonico, & Theologorum diſputationibus. 4. ſenten. recitantur.

III.

Vt nequaquam inter duos metropolitanos prouincia diuidatur.

IIII.

Ne in una ciuitate duo ſint Epiſcopi, & de uicarijs Epiſcoporum. Nota

V.

Quod non oportet ordinatiões Epiſcoporũ diu differre. De his ſupra, et paſſim in cõcilijs, & iure Canonico

VI.

De ordinatis Epiſcopis, nec receptis.

VII.

Oportet Epiſcopũ irrepræhenſibilẽ eſſe &c. 1.Tim.3.

Quod non oporteat ſolutè quoslibet ordinare.

VIII.

De ſeruo, ſi neſciente domino ſuo fuerit ordinatus.

IX.

Quod non liceat clericum in duabus ciuitatib. miniſtrare, nec Abbates plurima monaſteria, aut cellas habere.

Hoc obſeruent ſacerdotes, qui Simonis Magi potius, et Iudæ proditoris ſunt diſcipuli, q̃ Chriſti. Nam ita Baſilius de Simoniacis ferè loquitur.

X.

Ne de uno loco ad alium tranſeat Epiſcopus ſine decreto epiſcoporum, uelut clericus ſine iuſſione epiſcopi ſui.

XI.

De peregrinis Epiſcopis, & clericis.

XII.

De

De literis peregrinorum, & clericis ſine literis ambulantibus. Sunt tātū capita Canonum, ut ſæpe alibi.

XIII.

Quales, uel pro qualibus culpis quis ſecundum Canonicā inſtitutionem degradetur de officio ſacerdotali. nota uerbum degradare.

XIIII.

De expulſo ab Eccleſia, & excomunicatione, uel damnato ab officio.

XV.

De ordine Eccleſiaſtico, et officio miſſæ, & reliquijs ſanctorum, & oratorijs uillaribus. Et hic recitantur ſolum capita Canonum.

XVI.

De altaribus non conſecrandis, niſi lapideis. Vide confirmationem, uide Chriſma.

XVII.

De confirmatione cum Chriſmate.

XVIII.

De Babtiſmo.

XVIIII.

De paſca, & die dominico, & reliquis feſtiuitatibus.

XX.

De ieiunio, & quadrageſima, uel letanijs.

Letaniæ ſignificãt ſupplicationes publicas, hoc eſt præcationes ad deum, & ſanctos, cum aut itur ex templis in templa, aut circum itur extra, uel intra templa, ut habet ad huc in uſu Catholica, & orthodoxa Eccleſia.

XXI.

Vt feſtiuitates præplures non, niſi in ciuitatibus, aut in uicis publicis teneãtur.

Hic erat ſcriptum præplaras. Quid autem hoc eſt obſecro? deinde, inciuitates, & uicos publicos.

XXII.

De hoc officio:

XXIII.

Vt omnes fideles communicent, & ad miſſas perſtent in Synodali deprecatione.

In hoc loco habebatur, perſte et ut) nulla etiã lectione integra, non tantũ nullo ſenſu.

INCIPIT CANON
Sancti Sylueſtri.

FEcit hos gradus in gremio Synodi, ut non presbyter aduerſus Epiſcopũ. non Diaconus aduerſus presbyterum, nõ ſubdiaconus aduerſus Diaconum, non acolitus aduerſus ſubdiaconum, non exorciſta aduerſus acolitum, non lector aduerſus exorciſtam, nec oſtiarius aduerſus lectorem det accuſationem aliquam. et nõ dãnabitur preſul ſine 72. teſtibus, neq; præſul ſummus á quoq; iudicabitur quoniam ſcriptum eſt, non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.

Hic eſt inſcripto co dice, teſtes et á quen quã, barbare.

Acoluthos recte ſcriberetur. Eſt autẽ ab ἀκολουθεῖν, factũ nomẽ, et ſignificat miniſtrum altaris infra Hypodiaconum proxime conſtitutum.

Presbiter

Presbyter aũt, niſi in. xliiij. teſtimonijs, non damnabitur, Diaconus aũt cardine conſtructus urbis Romæ niſi 37. non condemnabitur. Sed Diaconus, Acolitus, exorciſta, lector niſi, ſicut ſcriptũ eſt, in 7. teſtimonijs filios habẽtes, et uxorẽ, et omnino Chriſtũ prædicantes. Sic datur myſtica ueritas.

Hic legebatur, teſtimonia.

Videtur intelligere Diaconum, qui nunc appellatur Cardinalis, & forta ſſe debet ſcriptum eſſe conſtitutus pro conſtructus.

MISSI.

Vt iudices, ſiue fiſcales freda non exigant priuſq̃ facinus componatur.

Facinus uidetur accipi generaliter pro facto, ſiue controuerſia.

Libet, otioſe ponitur, aut legi debet, de quali bet.

Hoc quoq; iubemus, ut iudices nominati, ſiue fiſcales de quacunq; libet cauſa freda non exigant priuſq̃ facinus componatur, Si quis autem per cupiditatem

iſta

iſta tranſgreſſus fuerit, legib. cōponatur, fredum aūt nō illi iudici tribuat, cui culpā commiſit, ſed illi, qui ſolutionem recipit, tertiam partem coram teſtibus fiſco tribuat, ut pax perpetua ſtabilis permaneat.

Significatur non debere pœnam, ſeu multam, quam fredum appellat, fortaſſe, quod propter turbatam pacem publicam exigatur, & detur magiſtratibus, aut iudicibus, à noſtro frid) appellant, accipi ante, quā negocium principale ſit compoſitum. Porro uerbum, componatur) in ſecundo loco uidetur ſignificare puniatur, et deinde uerba, fredum autem non il.) de litigante, non de iudice puto intelligi debere.

I.

Capitula, quæ ad legem data ſunt de occiſione Clericorum, Qui ſubdiaconum occiderit ccc. ſolidos componat, Qui diaconum cccc. qui preſbiterum dc. qui epiſcopū d.cccc. qui monachum cccc. ſolidis culpabilis iudicetur.

Hic erat ſcriptum, da ſunt, ubi nos data ſunt, poſuimus. Solidus, hic legitur in ſcripto codice.

II.

Si

Si quis immunitate damnum aliquod fecerit dc. ſolidos componat.

Liber manu ſcriptus habebat, in munitatem. Sed male, quod uel conſtitutio, ſi quis de reuerent. Eccleſ. ſeu in. l. 2. leg. Longob. indicat, quæ eſt cum hac eadem, Sed paulo aliter ſcripta. Cæterum de immunitate ſupra eſt dictum.

Si autem homo furtum, aut homicidiũ fecerit, uel quodlibet crimen foris committens infra immunitatem fugerit, mandet comes illi epiſcopo, uel abbati, qui eum tenuerit, ut reddat ei reum. Si ille contradixerit, et eum reddere noluerit in prima contradictione 15. Solid. culpabilis iudicetur. Si ad ſecundam inquiſitionem eum reddere noluerit 30. Solid. culpabilis iudicetur. Si nec ad tertiam conſentire uoluerit, quidquid reus damni fecerat, totum ille, qui eum infra immunitatẽ retinet, nec reddere uult, ſoluere cogatur, et

Regum) erat pro reum.

ipſe

ipſe comes ueniens licentiam habeat ipſum hominẽ infra immunitatem quærẽdi, ubicunq; eum inuenire potuerit. Si autem ſtatim in prima inquiſitione comiti reſponſum fuerit, quod reus infra immunitatem quidem fuiſſet, ſed fuga lapſus, ſtatim iuret, quod ipſe eum ad iuſtitiam cuiuslibet diffaciendam fugere non feciſſet, & ſit ei in hoc ſatiſfactum. Si autem intranti in ipſam immunitatem comiti collecta manu quilibet reſiſtere tentauerit, comes hoc ad regem, uel ad principem deferat, ibiq; iudicetur, & , ſicut ille, qui in immunitate damnum fecit, dc. Solid. componere debuit. Ita, qui comiti collecta manu reſiſtere præſumpſit, dc. Solid. culpabilis iudicetur.

Hic unicus, legit codex legum longo. in Gallia editus.

Diffaciendam. i. impediendã.

Hic eſt conmiti ſcriptum.

III.

Si

Si quis ad eccleſiam confugium fecerit, in ipſo atrio ipſius eccleſiæ pacē habeat, nec ſit neceſſe eccleſiam ingredi, et nullus eũ inde per uim abtrahere præſumat, ſed liceat ei confiteri, quid fecit, & inde per manus bonorum hominum ad diſcuſſionem in publicum perducatur.

Hic legitur in leg. Longo. loco iam citato, ubi et hæc lex habetur, & tribuitur Ludouico Imp. in diſcutione, ſed non recte.

Cap. IIII.

Hic arrigite aures Cauſidici, qui τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖτε.

Si quis hominem in iudicio iniuſte, contra alium altercantem adiuuare per malũ ingenium præſumpſerit, atq; inde corã iudicibus, uel comitibus increpatus fuerit, & negare nõ potuerit. 15. Solidis, culpabilis iudicetur.

Cap. V.

Si quis de libertate ſua fuerit interpellatus,

tus, & timens, ne in ſeruitium cadat, aliquem de propinquis ſuis, per quem ſe in ſeruitium caſurum timet, occiderit, id eſt patrem, matrem, patruelem, auunculum, uel quamlibet huiuſmodi propinquitatis perſonam, ipſe, qui hoc perpetrauit, moriatur, agnatio eius, & conſanguinitas in ſeruitium cadat, & ſi negauerit ſe illum occidiſſe ad nouem uomeres ignitos iudicio domini examinandus accedat.

Hoc fit propter præſumptionem, ut uocãt.

Hæc lex habetur tit. de parric. l. 1. leg. Longob. Quomodo autem ſit facta examinatio ad ignitos uomeres, & ad feruentem aquam, intelligi poteſt ex lege, ſi quis ex leui. De homicid. lib. ho. l. 1. leg. Longob. Hoc genus explorationis eſt prohibitum in iure Can. ut habetur c. Mennã. 2. q. 5. & c. Conſuluiſti. q. 6.

VI.

Qui res ſuas pro anima ſua ad caſam

dei tradere uoluerit, domi traditionem faciat coram teſtibus legitimis, & , quæ hactenus in hoſte factæ ſunt traditiones, de quibus nulla eſt quæſtio, ſtabiles permaneant. Si uero aliquis alij res ſuas tradiderit, & in hoſtem profectus fuerit, et ille, cui res traditæ ſunt, interim mortuus fuerit, adhibitis teſtibus, coram quibus traditio facta eſt, res ſuas recipiat. Si autem & ipſe mortuus fuerit, hæredes eius legitimi res traditas recipiant.

Hic erat ſcriptum. cuius.

VII.

Si quis per cartam ingenuitatis co nuictus fuerit, aut 15. Solid. compo. aut 15. ictus ab ſcabinijs, qui cauſam prius iudicauerunt, accipiat.

VIII.

Optimus quiſq; in pago, uel ciuitate in

in teſtimonium aſſumatur, & cui is, contra quem teſtari debet, nullum crimen poſſit indicere.

Indicere) id eſt obijcere, ac fortaſſe ita legi debet.

Item Capitulare.

I.

De cauſis admonendis, de Eccleſijs emendandis, et ubi in uno loco plures ſunt, quam neceſſe ſint, ut deſtruantur, quæ neceſſariæ non ſunt, et aliæ conſtruantur.

Sint pro ſit eſt poſitum. Non. n. dicimus latine, Eccleſiæ ſunt neceſſe, nec etiam Eccleſia eſt neceſſe, Tametſi dicimus, Eccleſiam uel Eccleſias eſſe eſt neceſſe. Non male autem legeretur neceſſariæ.

II.

Ut presbyteri non ordinentur prius, quam examinentur, & excommunicatio paßim, & ſine cauſa non fiat.

Fiant, erat ſcriptum, ſed manifeſto errore.

III.

Vt miſsi noſtri ſcabinios, aduocatos, notarios per ſingula loca eligant, & eorum nomina quãdo reuerſi fuerint, ſecum ſcripta deferant.

IIII.

De his, qui legem ſeruare cõtempſerint, ut per fideiuſſores ad præſentiã regis deducantur.

V.

Vt illi, qui haribannum ſoluere debẽt, coniectum faciant ad haribannatorem.

De heribanno ſupra, & ſunt 60. ſolidi, coniectum faciant) pro conijciant. ſ. haribannum, hoc eſt pecuniam eam deponant, aut numerent ei, quĩ nomen etiam inde habet.

VI.

De fugitiuis, & peregrinis, ut diſtringant, ut ſcire poſsimus, qui ſint, aut unde uenerint.

Fortaſſe

Fortaſſe diſtringantur eſt legendum, & hoc pro, diligenter obſeruentur, & explorentur, aut certe diſtinguantur, hoc eſt ſecernantur ab alijs.

V I I.

Vt bauga, & brunnias condantur negociatoribus

Puto legendum bruncis, ut ſupra oſtendi Ca.xxi.circa principium, ubi & de ſignificatione uocabuli quædã ſunt annotata. Opinor & bauga noſtrum eſſe nomen, bau id eſt ædificium, ac ſignificari hoc loco domunculas, quibus mercatores utuntur in Emporijs, tanq̃ tentorijs, quæ adhuc non diſsimili admodum uoce in Miſnia, & uicinis locis puda appellatur.

V I I I.

De menſuris, ut ſecundum iuſsionem noſtram æquales fiant. Vtinã eſſet hoc et apud nos, & quidẽ in moneta quoq;.

I X.

Vt non mittantur teſtimonia ſuper ueſtituram domini Pipini regis.

Hoc eſt, niſi fallor, ne uocetur in quæſtionem confirmatio Pipini patris noſtri, adeoq; authoritas regia labefiat

Vt nec colonus, nec Fiſcalinus poſsint alicubi traditiones facere.

Id eſt, alienare, quæ ad regē pertinēt, ſi recte intelligo.

XI.

Vt nullus præſumat hominem ad iudicium mittere, niſi iudicatum fuerit.

Puto ſcribendum, indicatum, hoc eſt niſi præmonitus fuerit, ſicut eſt conſuetudo fori.

XII.

Vt liber homo, qui in monaſterio regulari comā depoſuerit, & res ſuas ibidem delegauerit, promiſsione facta, ſecundum regulam firmiter teneat.

Aut promiſsionem factam uidetur legendum, ut referatur ad uerbum, teneat, aut hoc uerbum eſt abſolute accipiendum, ut, cum nos dicimus, er ſoll halten, ſit conſtans, fidem ſeruet.

XIII.

Vt omnia debita, quæ ad partem regi ſolui debent, ſolid. xij. denariorum ſoluāt, excepto freta, quæ in lege ſalica cōſcripta eſt,

eſt, illa iiſdem ſolid. quib. cæteræ compo-ſitiones ſolui debent, componatur.

Hic uidentur poni duo genera ſolidorum, quorum alterum continuerit 12 denarios, alterum 60. ut legitur lib. 2. leg. Longob. de quantitate ſolidorum l. 1. Tametſi fortaſſe 40 ibi rectius legeretur, ut et alibi, et in Concil. Remenſi c. 41. inuenitur. Cæterum freta eſt, quam alioqui fredam, & fredum uocant illa ſecula, nec eſt idem cum banno, cum in legg. Longob. hæc duo ſemel, atq; iterum coniungãtur, ut diuerſa. Et puto fretam eſſe pœnam, quæ ſoluitur pro uiolata pace, ut ſupra etiam iudicaui, á qua dicitur per Synecdochen. Dicunt. n. Saxones fred, quam nos frid, appellamus. Lex autem ſalica uidetur á ſalingis populo ueterum francorum dicta. Huius author ſcribitur fuiſſe Faremundus rex francorum. Habetur hæc lex etiã in rub. iam citata, ſed corrupta.

XIIII.

VT omnia, quæ uuadiari debent, iuxta quod in lege continetur pleniter, ſecundũ ipſam legem reuuadiata fiant, & poſtmodũ uel dominꝰ rex, uel ille, cuiꝰ cauſa eſt, iuxta ꝙ ei placuerit miſericordiã faciat.

Vuadiare puto factum à Guadia, uoce, quæ ſæpe occurrit in leg. Longob. & ſignificat, niſi fallor, pignus, quod datur, mota lite de poſſeſsione, cum fideiuſſore ſacramentali, ut colligi poteſt ex leg ſi quis alij Guad. cum ſequente de debit. & Guadim. l. 2. ll. Longob. & l. ſi quis alij &c. Qualiter ſe quiſq; de f. d. eod. lib. Videtur etiam noſtra uetus uox eſſe uuat, quæ ſignificat ueſtes, & arma, id eſt munimenta corporis, ut in his leinuuat, nideruuat, hergeuuet. Pro hac nunc utuntur uoce geret, aut dinglich. i. reculæ, abſtricto nonnihil generali uocabulo. Noſtrum autē uidetur à latino ueſtis, factum, ſicut huic ſimilis, hees, & hæ omnes à Græco ἐσθής.

XV.

De Epiſcopis, abbatibus, comitib. qui ad placitum noſtrum non uenerunt.

XVI.

Vt nullus ebrius ſuā cauſam in mallo poſsit conquirere, nec teſtimoniū dicere, nec placitum comes habeat, niſi ieiunus.

XVII.

Vt nullus præſumat aliū cogere ad bibendum, niſi, quod ei neceſſe fuerit.

Hic

Hic erat ſcriptum ad hibendum, ſed contextus poſtulat ad bibendum, ſcribere, & res pulchre conuenit cum noſtrorum hominum conſuetudine. Eſt autẽ noſtra phraſis, man ſoll niemat zwingen mer zů trinckẽ / den er mag) non quod cogi poſſit aliquis etiã id, quod poteſt (pro appetit) bibere, ſed quod nec ſit inuitandus, aut irrtandus ad id, quod ei conuenit, aut ſatis eſt, quod hic neceſſe eſt dicitur, ut etiam in uerbo cogere ſit figura.

XVIII.

De miſsis noſtris diſcurrentibus, uel cæteris hominibus iter agentibus, ut nullus manſionem contra dicere præſumat. s. eis. & ſtatuimus, aut ſimile aliquid.)

XIX.

De canibus, qui in dextro armo tonſi ſunt, ut homo, qui eum habuerit, cum ipſo cane in præſentia regis ueniat.

Eum, pro) talem, cum plurale ſit antecedens, & is ſit relatiuum.

XX.

Ut populus interrogetur de Capitulis, quæ in lege nouiter addita ſunt, & poſt-

quam omnes conſenſerint, ſubſcriptiones, et manufirmitiones ſuas in ipſis capitulis faciant.

Veteris Romanæ libertatis ueſtigium, quod populi (Romanum intelligo) conſenſus adhibetur. Cæterum pro manufirmationes legi debet manufirmationes, ut uox hæc ſit præcedentis expoſitio.

XXI.

Vt nullus ad placitum banniatur, niſi, qui cauſam ſuam quærere debet, exceptis ſcabinijs. 7. qui ad omnia placita præeſſe debent.

De placido ſupra, banniatur, hic obligatur, ſignificat, unde nominis quoq; uis intelligi poteſt. Videtur autem utrumq; à noſtro pan i .i. uinculum factum eſſe. Deinde cauſam quærere dictum eſt ad imitationem huius noſtri, recht ſuchen, Et eſt ſenſus, tantum actores, rei, & iudices teneantur ad locum iudicij uenire.

XXII.

Si aliter res fortuito nō præoccupauerint 8. kal. Iul. id eſt miſſa ſancti Iohannis

baptiſt

baptiſtæ ad Mogontiam, ſiue ad Cabillionem generalem placitum nunciantes habere uolumus.

Cabellio ciuitas eſt Narbonenſis Gal. Placitus hic ſatis clare pro conuentu ponitur ſiue à noſtro ſit deriuatum, ut ſupra eſt oſtenſum, ſiue à placendo, quod libere locus ad conuentum, aut commune iudicium electus ſit.

De lege Ripuarenſe.

Sic dicta fortaſſe eſt hæc lex, quod ad Ripuarios, hoc eſt Moſellæ, Moſæ, & Rheni accolas, qui & Neuſtrij, & Auſtraſij, & Vueſterichi appellantur, pertinebat.

I.

Si ingenuus ingenuum ictu percuſſerit, 15. Solidis culpabilis iudicetur.

Solidus erat in ſcripto libro corrupte.

II.

Homo regius, id eſt fiſcalinus, & Eccleſiaſticus, uel laicus interfectus c. Solid. componatur. Componatur. i. ſoluatur.

III.

Homo

Homo ingenuus, qui multam quamlibet ſoluere non potuerit, & fideiuſſores non habuerit, licet ei ſemetipſum in uuadium, ei cui debitor eſt, mittere uſq; dum, multã quãm debuit perſoluet, In eodem cap. Cleſoniſte aut dc. Solid. componat, aut cum 12. iuret, aut, ſi ille, qui cauſam quærit, 12. hominum ſacramentum recipere noluerit, aut cruce, aut ſcuto, & fuſte contra eum decertet.

In uuadium dare, hoc eſt pignori dare, aut addicere. Vide rub. ſ. l. 2. ll. Longo. Cleſoniſte, uidetur ſignificare reum, hoc eſt eum, qui accuſatur. Vnde autẽ ſit uox nõ poſſum diuinare, niſi fortaſſe, à clagen eſt. Nunc beclagten uocamus.

IIII.

Nemini liceat ſeruum ſuum propter dã
Inſtit. de nox. act. *num ab illo cuilibet illatum dimittere, ſed iuxta qualitatem damni dominus pro illo reſpondeat, uel eum in compoſitione, aut*

ad

ad pœnam petitoris offeret. Si autem ſeruus, perpetrato ſcelere, fugerit, ita, ut á domino penitus inueniri non poſſit, ſacramento ſe dominus etiã excuſare ſtudeat, quod hoc nec ſuæ uoluntatis, nec conſcientiæ fuiſſet, quod ſeruus ei tale facinus comiſit.

XIX.

Si quis ad malum legibus mannitus fuerit, & non uenerit, ſi eum ſunnis non detinuerit 15. Solid. Culpabilis iudicetur. Sic ad ſecundum, & tertium. Si autem ad quartum uenire contempſerit poſſeſſio ei in bannum mittatur, donec ueniat, & de re, qua interpellatus fuerit, iuſticiam faciat. Si infra annum non uenerit, de rebus eius, quæ in banno miſſæ ſunt, Rex interrogetur, et quidquid inde iudicauerit, fiat. Prima ammõitio ſuper noctes 7.

Bannum) melius.

Secundũ

ſecunda ſuper noctes 14. tertia ſuper noctes 21. quarta ſuper 42. ſimiliter & de beneficio hominis, ſi forte res proprias nõ habuerit, mittatur in bannum, uſq; rex interrogetur.

Mannitus. i. citatus, uocatus, à noſtro manen, quod alias fodern, heiſchen, à monendo fortaſſe dicto. Sunnis autem puto eſſe reconciliationem cum aduerſario, à noſtro ſunen, uel ſænen, uerſunen, aut certe generale uocabulum eſt, ac ſignificat neceßarium impedimentum, quod nunc Ehaft appellant. Poſſeſſionem in bannum mittere, eſt obligare, donec fuerit negocium expeditum.

XXXIIII.

Si auctor uenerit, et rẽ interciatã recipere renuerit campo, uel cruce cõtendant.

Hæc lex non eſt integra, ſed habetur rub. de reb. inter, & q. l. 2. ll. longo. His uerbis, ſi res intertiata furto ablata fuerit, liceat ei, ſuper quem res interciata fuerit, cum ſacramento ſe excuſare de furto, quod nec ſuæ uoluntatis, nec cõſentiens fuerit, quod ablatum eſt, ut tamen ſine damno reſtituat. Si uero actor etc. Sic enim ibi ſcribitur, non auctor. Porro campum, & cruce uidentur, eſſe armo-

rum

rum genera, à noſtris kampf, kempfen, ueteres Germani kamp, & kempen, dixerunt, Sicuti Saxones ad huc dicunt, & à krukc. ſemper enim ueteres c extulerunt Sono. k.

XXXV.

Qui filios non habuerit, & aliumquelibet hæredem ſibi facere uoluerit, coram rege, uel coram comite, & Scabinis, uel miſſis dominicis, qui tum ad iuſticias faciendas in prouincia fuerint ordinati, traditionem faciat.

Habetur lex et rub. de adoptionib. in 2. ll. longo.

XXXVI.

Homo denariolis non antea hæreditare in ſuam agnationem poterit, quam uſq; in tertiam generationem perueniat.

Quid ſi denariolis eſſet libertus generaliter, à dienerle) .i. miniſtro, famulo, quod propemodum adhuc ſit quaſi famulus, aut ſeruus?

XXXVII.

Homo

Homo Cartularius ſimiliter.

A carter. .i. hortulano, ſi bene cõijcio.

XXXVIII.

Omne ſacramentum in Eccleſia, aut ſupra reliquias iuretur, & , quod in Eccleſia iurandum eſt, uel cum 6. electis, uel, ſi 12. eſſe debent, quales potuerit inuenire. Sic illum deus adiuuet, & ſancti, quorũ iſte reliquiæ ſunt, ut ueritatem dicat.

Formula iuris iurandi.

XXXIX.

Si res interciata furto ablata fuerit, liceat ei, ſuper quas res interciata fuerit, per ſacramenta ſe excuſare de furto, quod nec ſuæ uoluntatis, aut cõſcientiæ fuiſſet, quod ablatum eſt, aut tantum ſine damno reſtituat.

Hoc Cap. cum præcedente, ſi auctor, etc. eod. conſtituit unam totam, quæ extat in ll. log. loco prius iudicato.

XL.

De homine, qui comprehendit ſeruum,

iuſſit

iuſsit eum occidere dominos ſuos duos infantes, unum, qui habuit ix. annos alium, qui habuit xi. ad extremum illum ſeruum, poſtquam dominos ſuos illos pueros occidit, in foueam quandam proiecit, & iudicatum eſt, ut illum, qui nouem annos habuit, uuereguildo componat. Alium uero, qui xi. annos habuit, dupliciter, ſeruũ, quem mordricum, tripliciter, & bannum noſtrum ad omnia.

Puto) et iuſsit legẽdum.

Hic &) abundat.

Vide lenitatem in puniendo, & quomodo paulatim pænarum ſeueritas creuerit.

Pro mordricum, uidetur ſcribendum eſſe mordricauit, id eſt iniuſte interfecit, á morden, aut mordrice, morderlich, ut uerbum trucidauit, aut ſimile ſit omiſſum, legitur idem uerbum in ſynodo celebrata apud Theodonis uillam circa eadem tempora, de Epiſcopo Iohanne inhoneſte, & inaudite mordridato &c.

Sunt tantum tituli conſtitutionem.

Infra Eccleſiam, de lectionibus

De cantu. II.

Hic nullus eſt numerus in ſcripto codice, et poſtea in 9. leg. & 10. eſt, tantum nouenarius.

III.

De ſcribis, ut non uicioſe ſcribant.

IIII.

De notarijs.

V.

De cæteris diſciplinis.

VI.

De computo.

VII.

De medicinalib.

Hic erat ſcriptum. De Medicinalia.

VIII.

De Eccleſijs ſine honore manentibus, abſq; officijs, & luminarib. & de his, qui decimas abſumunt, & de Eccleſijs non curant, & de altaribus, ut non ſuperfluæ ſint in Eccleſijs.

Hic erat adſumũt ſcriptum.

Hæc

Hæc uerba de altaribus, ut nõ ſup. ſatis indicant in uno templo fuiſſe plura altaria, quàm unũ, quod nunc inſane quidam negant, Et conuenit hoc Meldenſi concil. ubi etiã prohibentur altaria ſuperflua. Quæ ſint aũt hæc, oſtendit Synod. Aphr.

IX.

De laicis nouiter conuerſis, ne ante, quã ſuam legem pleniter diſcant, uiuendo ad alia negocia mittantur.

X.

De derelinquentib. ſeculũ, ut unũ è duobus eligant, aut pleniter ſecundum canonicam, aut ſecundum regularem conſtitutionem uiuere debeant.

Hic uidẽtur hæc, uel ſimilia deeſſe, aut maneãt in ſeculo.

XI.

De ſeruis ꝓprijs, uł ancillis, ut nõ amplius tõdeãtur, uł uelẽtur, niſi ſecũdũ mẽſurã, ut et ibi ſatis fiat, et uillæ non ſint deſolatæ.

Non amplius, pro nõ plures, niſi, pro quàm, et mẽſurã) pro numerũ. Non aũt prohibetur, aut, euertitur monachatus, ſed modus ei ſtatuitur.

XII.

De congregationibus ſuperfluis, ut nullatenus fiant, ſed tantos congregent, quãtis conſilium dare poteſt.

Tantos) pro tot, quantis) pro quot ſ. homines, & dari cenſeo legendum pro dare.

XIII.

De illis, quæ non fiunt ſecundum regulam á pulſantib. ut deinceps emendentur, & pulſetur ſecundum regulam.

Hæc ita erant in ſcripto codice, De illis, qui confiunt ſecundum regulam pulſanti, ut d. &c. & pulſentur &c. Puto autem loqui legem de pulſandis tintinabulis in templis.

XIIII.

Vt infantulæ ætatis puellæ non uelentur ante, quam illæ eligere ſciant, quid uelint, ſalua canonica authoritate.

Hæc lex reuocari debebat, non euerti, & prophanari monaſteria. Nota, ꝙ leges uult cedere Canonibus.

XV.

Vt laici non ſint præpoſiti monachorũ infra monaſteria, nec archidiaconi ſint laici.

XVI.

De inceſtuoſis, ut canonice examinentur, & nec propter alicuius amiciciã quidã relaxentur, quidã uero cõſtringantur. .i. abſoluãtur. .i. damnẽtur.

I.

De pace, ut omnes, qui per alia ſcelera rebelles ſunt, conſtringantur ad omnes generaliter.

Puto legendum eſſe talia pro alia, et in fine ad omnes abundare, niſi eſt, ut uidetur, dictum pro eo, quod Latini dicunt ad unum omnes.

II.

De iuſticijs Eccleſiarum dei, uiduarũ, orphanorum, pupillorum, ut in publicis iudicijs non deſpiciantur clamantes, ſed diligenter audiantur.

Inquiran-tur. De iuſticijs regalibus, ut pleniter fiant inquiſitæ. IIII.

De hoc, ſi famis euenit clades, aut inæqualitas äeris, uel alia qualiscunq; tribulatio, nõ expectetur edictum noſtrum, ſed ſtatim deprecetur dei miſericordia, et in præſenti anno de famis inopia, ut ſuos quiſq; adiuuet, pro ut poteſt, et ſuam annonã non nimis care uendat, et ne foris imperiũ noſtrum uendatur aliquid alimoniæ.

Deprecetur paßiue, ſed nõ latine.

Foris, pro extra.

V.

De armis infra patriam nõ portandis, idem ſcutis, & lanceis, & loricis. Si faidoſus quis ſit, diſcutiatur tunc, qui de duobus contrarijs ſit, ut pacati fiãt, et diſtringantur ad pacẽ etiã, ſi uoluerint. Et ſi aliter pacificare nolunt, adducantur in noſtram præſentiam, &, ſi aliquis poſt pacificationem alterum occidit, componat illum,

Item) eſt legendũ. Hic erat ſcriptum qui ſe duobus &c.

Pacificare, pacem facere, abſolute.

illum, & manum, quam periurauit, perdat, & inſuper bannum dominicū ſoluat. Quā periurauit, pro qua peierauit.

VI.

De armatura, in exercitu, ſicut antea in alio capitulari commendauimus, ita ſeruetur, & inſuper omnis homo xij menſes brunniā habeat, qui uero brunniā habens eā ſecū nō tulerit, omne beneficiū cū brunnia perdat. De brunnia ſupra. Hic erat, & eaſecum.

VII.

De negociatoribus, qui partib. ſcaborū, et Auarorū pergūt, quouſq; procedere cū ſuis negocijs debeāt, id eſt partib. ſaxoniæ uſq; ad partē Nuiuih, ibi præuideat Heretus, et ad skesba, ubi Madalgaid9 præuideat, ad Alueſtat, et ad Erpfesfurt. Itē Miā præuideat, ad Forābeī, et ad Brēberg, et ad Raginiſpurg Audulfus, ad Magadeburg præuideat Hatto, et ad lauriacū Vuerinheri, et ut arma, Sueuos, et Bauaros deſignat. & in)de eſt.

et brunnias non ducantur ad uenundandum, quod ſi inuenti fuerint portantes, omnis ſubſtantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatij, alia uero media inter iam dictos miſſos, et inuentorem diuidatur.

Partibus palatij) hoc eſt fiſco.

Nuiuih, & skesba locorum ſunt nomina, Heretus, & Madalgaidus præfectorũ. Sic Alueſtat, quæ iam, ni fallor, Halberſtat, Erfesfurt, quæ iam Erfurt, Foranheim, quæ iam Forchheim, Brenberg, quæ iam Pamberg, Ragiuoſpurg, quæ iam Regenſpurg, & Magadopurg, quæ nunc Madepurg, ab incolis Maiporch. Reliqua ſunt præfectorum nomina. Cæterum Alueſtadij, & Erphesfurti præfectus uidetur habere hic nomẽ deprauatum. Scriptum aũt erat, Item miam, quæ puto unum præfecti nomen. De primis duobus nominibus nihil ſcio.

VIII.

De clamatorib. uel cauſidicis, ꝙ nec iudiciũ ſcabinorũ adquieſcere, nec blaſphemare uolunt, antiqua conſuetudo ſeruetur, id eſt ut in cuſtodia reclaudantur,

donec

donec unum è duobus faciant, et, ſi ad palatium pro hac re clamauerint, & literas detulerint, non quidem eis credatur, nec tamẽ in carcere ponantur, ſed cum cuſtodia et cum ipſis literis pariter ad palatium noſtrum remittantur, & ibi diſcutiatur ſicut digni ſunt.

Pulchra, & apta rabularum appellatio, quæ conuenit cum his noſtris ſchreier, zungentreſcher, ploderer, cæterum quod dicit eos oportuiſſe aut acquieſcere iudicium ſententiæ, quod Lex dicit iudicium Scabinorum adquieſcere, inuſitate, ac barbare, aut blaſphemare, ſignificat, puto, manifeſtam uel probationem, uel improbationem, quæ fiebat etiam per maledicta.

IX.

De iuramento, ut nulli alteri per Sacramentum fidelitas promittatur, niſi nobis, & unicuiq; ſeniori proprio ad noſtrã utilitatem, et ſui ſenioris, exceptis his, Sacramentis, quæ iuſte ſecundum legem al-

Hic erat ſcriptum altari) pro alteri, & debet pro debentur.

teri ab altero debentur.

X.

De conſpirationibus, quicunq; facere præſumpſerint, & ſacramento quācunq; conſpirationem firmauerint, ut triplici ratione iudicetur, primo, ut, ubicunq; aliquod malum pro hoc perpetratum fuerit, authores facti interficiantur, adiuratores uero eorum alter ab altero flagellentur, & nares ſibi inuicem præcidant. Vbi uero nihil mali perpetratum eſt, ſimiliter quidem inter ſe flagellentur, et capillos ſibi uiciſſim detondeant. Si uero per dextras aliqua conſpiratio firmata fuerit, ſi liberi ſunt, aut iurent cum idoneis iuratoribus hoc pro malo non feciſſe, aut, ſi facere non potuerint, ſuam legem componant, ſi uero ſerui ſunt, flagellentur, et ut de cætero in regno noſtro nulla huiuſmodi

conſpiratio fiat, nec per ſacramentũ, nec ſine ſacramento.

Adiuratores, id eſt, coniurati, niſi legendum eſt adiutores, quod non male conuenit ſententiæ, prædicant etiam erat ſcriptum, ubi ego tranſpoſitis duab. literis, præcidant poſui, quod illud alterum ad ſententiam nihil faceret, ſuã legem componant, aútem ſignificant ſecundum legem pænam, ſeu multam ſoluant per quandam Synecdochen.

XI.

De periurijs, ut caueantur, & non admittantur teſtes ad iuramentũ ante, quã diſcutiantur, &, ſi alter diſcuti non poſſunt, ſeparentur ab inuicem, et ſingulariter inquirãtur, et nõ ſoli accuſatori liceat teſtes eligere, abſente ſuo accuſatore, et omnino nullus, niſi ieiunus adiuramẽtũ, uel ad teſtimoniũ admittatur. Si refutatur, dicat ille, ꝗ cũ refutat, et probet, quare illius recipere nolit, et de ipſo pago nõ de altero teſtes eligãtur, niſi forte extra cõitatũ lõgius cauſa

Hæc lex habetur l. 2. ll. long. de teſtib.

Sẽſus hic uidetur poſtulare, ut reo legatur pro accuſatore.

in ſecũdo loco.

Sunt tantum tituli conſtitutionem.

Infra Eccleſiam, de lectionibus

De cantu. II.

Hic nullus eſt numerus in ſcripto codice, et poſtea in 9. leg. & 10. eſt, tantum nouenarius.

III.

De ſcribis, ut non uicioſe ſcribant.

IIII.

De notarijs.

V.

De cæteris diſciplinis.

VI.

De computo.

VII.

De medicinalib.

Hic erat ſcriptum. De Medicinalia.

VIII.

De Eccleſijs ſine honore manentibus, abſq; officijs, & luminarib. & de his, qui decimas abſumunt, & de Eccleſijs non curant, & de altaribus, ut non ſuperflua ſint in Eccleſijs. Hæc

Hic erat adſumũt ſcriptum.

Hæc uerba de altaribus, ut nõ ſup. ſatis indicant in uno templo fuiſſe plura altaria, quàm unũ, quod nunc inſane quidam negant, Et conuenit hoc Meldenſi concil. ubi etiã prohibentur altaria ſuperflua. Quæ ſint aũt hæc, oſtendit Synod. Aphr.

IX.

De laicis nouiter conuerſis, ne ante, quã ſuam legem pleniter diſcant, uiuendo ad alia negocia mittantur.

X.

De derelinquentib. ſeculũ, ut unũ è duobus eligant, aut pleniter ſecundum canonicam, aut ſecundum regularem conſtitutionem uiuere debeant.

Hic uidẽtur hæc, uel ſimilia deeſſe, aut maneãt in ſeculo.

XI.

De ſeruis ꝓprijs, uł ancillis, ut nõ amplíꝰ tõdeãtur, uł uelẽtur, niſi ſecũdũ mẽſurã, ut et ibi ſatis fiat, et uillæ non ſint deſolatæ.

Non amplius, pro nõ plures, niſi, pro quàm, et mẽſurã) pro numerũ. Non aũt prohibetur, aut, euertitur monachatus, ſed modus ei ſtatuitur.

XII.

De congregationibus ſuperfluis, ut nullatenus fiant, ſed tantos congregent, quãtis conſilium dare poteſt.

Tantos) pro tot, quantis) pro quot ſ. homines, & dari cenſeo legendum pro dare.

XIII.

De illis, quæ non fiunt ſecundum regulam á pulſantib. ut deinceps emendentur, & pulſetur ſecundum regulam.

Hæc ita erant in ſcripto codice, De illis, qui conſiunt ſecundum regulam pulſanti, ut d. &c. & pulſentur &c. Puto autem loqui legem de pulſandis tintinabulis in templis.

XIIII.

Vt infantulæ ætatis puellæ non uelentur ante, quam illæ eligere ſciant, quid uelint, ſalua canonica authoritate.

Hæc lex reuocari debebat, non euerti, & prophanari monaſteria. Nota, q̄ leges uult cedere Canonibus.

XV. Vt

Ut laici non ſint præpoſiti monachorũ infra monaſteria, nec archidiaconi ſint laici.

XVI.

De inceſtuoſis, ut canonice examinentur, & nec propter alicuius amiciciã quidã relaxentur, quidã uero cõſtringantur. .i. abſoluãtur. .i. damnẽtur.

I.

De pace, ut omnes, qui per alia ſcelera rebelles ſunt, conſtringantur ad omnes generaliter.

Puto legendum eſſe talia pro alia, et in fine ad omnes abundare, niſi eſt, ut uidetur, dictum pro eo, quod Latini dicunt ad unum omnes.

II.

De iuſticijs Eccleſiarum dei, uiduarũ, orphanorum, pupillorum, ut in publicis iudicijs non deſpiciantur clamantes, ſed diligenter audiantur.

III.

 Ut

Inquirãtur. *De iuſticijs regalibus, ut pleniter fiant inquiſitæ.* IIII.

De hoc, ſi famis euenit clades, aut inæqualitas äeris, uel alia qualiscunq; tribulatio, nõ expectetur edictum noſtrum, ſed ſtatim deprecetur dei miſericordia, et in præſenti anno de famis inopia, ut ſuos quiſq; adiuuet, pro ut poteſt, et ſuam annonã non nimis care uendat, et ne foris imperiũ noſtrum uendatur aliquid alimoniæ.

Deprecetur paßiue, ſed nõ latine.

Foris, pro extra.

V.

De armis infra patriam nõ portandis, idem ſcutis, & lanceis, & loricis. Si faidoſus quis ſit, diſcutiatur tunc, qui de duobus contrarijs ſit, ut pacati fiãt, et diſtringantur ad pacẽ etiã, ſi uoluerint. Et ſi aliter pacificare nolunt, adducantur in noſtram præſentiam, &, ſi aliquis poſt pacificationem alterum occidit, componat

Item) eſt legendũ. Hic erat ſcriptum qui ſe duobus &c.

Pacificare, pacem facere, abſolute.

illum,

illum, & manum, quam periurauit, perdat, & inſuper bannum dominicũ ſoluat. Quã per iurauit, pro qua peierauit.

V I.

De armatura, in exercitu, ſicut antea in alio capitulari commendauimus, ita ſeruetur, & inſuper omnis homo xij menſes brunniã habeat, qui uero brunniã habens eã ſecũ nõ tulerit, omne beneficiũ cũ brunnia perdat. De brunnia ſupra: Hic erat, & eã ſecum.

V I I:

De negociatoribus, qui partib. ſcaborũ, et Auarorũ pergũt, quouſq; procedere cũ ſuis negocijs debeãt, id eſt partib. ſaxoniæ uſq; ad partẽ Nuiuih, ibi præuideat Heretus, et ad skesba, ubi Madalgaidꝰ præuideat, ad Alueſtat, et ad Erpfeſfurt. Itẽ Miã præuideat, ad Forãhei, et ad Brẽberg, et ad Raginiſpurg Audulfus, ad Magadeburg præuideat Hatto, et ad lauriacũ Vuerinheri, et ut arma, Sueuos, et Bauaros deſignat. & in)de eſt.

et brunnias non ducantur ad uenundandum, quod ſi inuenti fuerint portantes, omnis ſubſtantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus palatij, alia uero media inter iam dictos miſſos, et inuentorem diuidatur.

Partibus palatij) hoc eſt fiſco.

Nuiuih, & skesba locorum ſunt nomina, Heretus, & Madalgaidus præfectorũ. Sic Alueſtat, quæ iam, ni fallor, Halberſtat, Erfesfurt, quæ iam Erfurt, Foranheim, quæ iam Forchheim, Brenberg, quæ iam Pamberg, Ragiuoſburg, quæ iam Regenſpurg, & Magadopurg, quæ nunc Madepurg, ab incolis Maiporch. Reliqua ſunt præfectorum nomina. Cæterum Alucſtadij, & Erphesfurti præfectus uidetur habere hic nomẽ deprauatum. Scriptum aũt erat, Item miam, quæ puto unum præfecti nomen. De primis duobus nominibus nihil ſcio.

VIII.

De clamatorib. uel cauſidicis, ꝙ nec iudiciũ ſcabinorũ adquieſcere, nec blaſphemare uolunt, antiqua conſuetudo ſeruetur, id eſt ut in cuſtodia reclaudantur,

donec

donec unum è duobus faciant, et, ſi ad palatium pro ha re clamauerint, & literas detulerint, non quidem eis credatur, nec tamē in carcere ponantur, ſed cum cuſtodia et cum ipſis literis pariter ad palatium noſtrum remittantur, & ibi diſcutiatur ſicut digni ſunt.

Pulchra, & apta rabularum appellatio, quæ conuenit cum his noſtris ſchreier, zungentreſcher, ploderer, cæterum quod dicit eos oportuiſſe aut acquieſcere iudicium ſententiæ, quod Lex dicit iudicium Scabinorum adquieſcere, inuſitate, ac barbare, aut blaſphemare, ſignificat, puto, manifeſtam uel probationem, uel improbationem, quæ fiebat etiam per maledicta.

I X.

De iuramento, ut nulli alteri per Sacramentum fidelitas promittatur, niſi nobis, & unicuiq; ſeniori proprio ad noſtrā utilitatem, et ſui ſenioris, exceptis his, Sacramentis, quæ iuſte ſecundum legem al-

Hic erat ſcriptum altari) pro alteri, & debet pro debentur.

teri ab altero debentur.

X.

De conſpirationibus, quicunq; facere præſumpſerint, & ſacramento quãcunq; conſpirationem firmauerint, ut triplici ratione iudicetur, primo, ut, ubicunq; aliquod malum pro hoc perpetratum fuerit, authores facti interficiantur, adiuratores uero eorum alter ab altero flagellentur, & nares ſibi inuicem præcidant. Vbi uero nihil mali perpetratum eſt, ſimiliter quidem inter ſe flagellentur, et capillos ſibi uiciſsim detondeant. Si uero per dextras aliqua conſpiratio firmata fuerit, ſi liberi ſunt, aut iurent cum idoneis iuratoribus hoc pro malo non feciſſe, aut, ſi facere non potuerint, ſuam legem componant, ſi uero ſerui ſunt, flagellentur, et ut de cætero in regno noſtro nulla huiuſmodi

conſpiratio

conſpiratio fiat, nec per ſacramentū, nec ſine ſacramento.

Adiuratores, id eſt, coniurati, niſi legendum eſt adiutores, quod non male conuenit ſententiæ, prædicant etiam erat ſcriptum, ubi ego tranſpoſitis duab. literis, præcidant poſui, quod illud alterum ad ſententiam nihil faceret, ſuā legem componant, autem ſignificant ſecundum legem pœnam, ſeu multam ſoluant per quandam Synecdochen.

XI.

De periurijs, ut caueantur, & non admittantur teſtes ad iuramentū ante, quā diſcutiantur, &, ſi alter diſcuti non poſſunt, ſeparentur ab inuicem, et ſingulariter inquirātur, et nō ſoli accuſatori liceat teſtes eligere, abſente ſuo accuſatore, et omnino nullus, niſi ieiunus adiuramētū, uel ad teſtimoniū admittatur. Si refutatur, dicat ille, q eū refutat, et probet, quare illius recipere nolit, et de ipſo pago nō de altero teſtes eligātur, niſi forte extra cōitatū lōgius

Hæc lex habetur l. 2. ll. long. de teſtib.

Sēſus hic uidetur poſtulare, ut reo legatur pro accuſatore.

in ſecūdo loco.

cauſa

cauſa ſit inquirēda, et ſi quis conuictus fuerit periurus, perdat manum, aut redimat.

Hic aut de eſt nomē teſtimonium, aut pro illius debet ſcriptum eſſe illum, aut eum, ſicut in ll. longo. legitur.

XII.

De aduocatis idem, ut praui aduocati, uice domini uicarij, & centenarij tollantur, & tales eligantnr, quales & ſciāt, et uelint iuſte cauſas diſcernere, & terminare, & ſi comes prauus inuentus fuerit, nobis nuncietur.

XIII.

De theloneis placet nobis, ut antiqua, et iuſta thelonea á negotiatoribus exigantur tam de pontibus, quam de nauigijs, ſeu mercatis. Noua uero, ſeu iniuſta, ubi uel funes tenduntur, uel cum nauibus ſub pontibus tranſitur, ſeu his ſimilia, in quibus nullum adiutoriū iterantibus præſtatur,

ut

ut non exigantur. Similiter etiam, nec de his, qui ſine negotiandi cauſa ſubſtantiam ſuam de una domo ad aliam, aut ad palatium, aut in exercitū ducunt. Si quid uero fuerit, unde dubitetur, ad proximum placitum noſtrum. quod cum ipſis miſsis habituri ſumus, interrogetur.

Talis traiectus per extenſum funem ſuper flumen adhuc eſt in quodam loco Turingiæ non procul ab arce Rotenpurga, non tamen ibi ſe ipſi facientes iter, qui hic iterantes barbare dicuntur, ad funem tranſuehunt, quod hic ſignificantur feciſſe olim, ſed publicanus hoc facit.

XIIII.

De fugitiuis clericis, ſeu & laicis, etiã fœminis, ſicut iam in alio capitulare præcepimus, ita ſeruetur.

Puto ſeu, omittendum, aut pro ſeuet (ſic enim erat in ſcripto codice) legendum ſiue.

XV.

De liberis hominibus, qui ad ſeruitium

domini

Dei ſe tradere uolunt, ut prius non faciant hoc, quam á nobis licentiam poſtulent, hoc ideo, quia audiuimus illis non tã cauſa deuotionis, quã exercitus, ſeu alias functiones regales fugiẽdo, quoſdam uero cupiditatis cauſa ab his, qui res illas concupiſcunt circumuentos audiuimus, et hoc ideo fieri prohibemus.

Audiuimus, hic abundat, ac deſunt hæc, aut ſimilia uerba, hoc facere.

XVI.

Vt non fiãt oppreſſi pro ne opprimãtur.

De oppreſſione pauperum liberorũ hominum, ut non fiant á potentioribus per aliquod malum ingenium contra iuſtitiã oppreſſi, ita, ut coacti res eorum uendant, aut tradant. Ideo hæc, ut ſupra, & hic de liberis hominibus diximus, ne forte parẽtes contra iuſticiam faciant ex hæreditate, et regale obſequium minuatur, et ipſi,

eorum) pro ſuas.

hæredes

hæredes propter indigẽtiã mẽdici, uel latrones, ſeu maleſactores efficantur, et, ut ſæpius nõ fiãt mãniti ad placitũ, niſi ſicut in alio loco præcipimus, ita ſeruetur.

XVII.

De eccleſijs, ſeu ſanctis nouiter, ſine authoritate inuentis, niſi Epiſcopo probante, minime uenerentur, ſaluo etiã de hoc, et de omnib. eccleſijs canonica authoritate.

XVIII.

De falſis monetis, quæ in multis locis cõtra iuſticiã, et cõtra edictũ fiũt, uolumus, ut nullo loco alio moneta ſit, niſi in palatio noſtro, niſi forte iterũ à nobis aliter fuerit ordinatũ, illi tamẽ denarij, q modo moneti ſunt, ſi pẽſantes, et meri ſunt, habeãtur. Suſpicor legendum eſſe, ſiat pro ſit.

Moneti, pro ſignati, aut percuſſi. quaſi moneta uſurparetur adiectiue, niſi legendũ eſt moneta per appoſitionem quandã, id eſt iuſtum pondus habuerint, & materiam, ſi probi ſint. das rechte ſchrot, und korn haben.

XV.

Pro exigant eſt dictum exactare debeant

De aribanno uolumus, ut miſsi noſtri hoc anno fideliter exactare debeant abſq; ullius perſonæ gratia, blanditijs ſine terrore ſecundum iuſsionem noſtram, id eſt de homine habente lib. 6. in auro, & argento, prunneis, heramento, pannis integris, caballis, bobus, uaccis, uel alio peculio, & uxores, uel infantes non fiant ſpoliati pro hac re, ſed de eorum ueſtimentis accipiant legittimum haribannum, id eſt lib. 3. Qui uero non habuerit amplius in ſupraſcripto precio ualente, niſi libro 3. Solid. 30. ab eo exigant. Id eſt lib. 1. & dimidiam, Qui autem non habuerit amplius, niſi duas lib. Solid. 10. Si uero unam habet Solid. 5. Ita ut iterum ſe ualeat præparare ad dei ſeruitium, et ad noſtram utilitatem, & noſtri miſsi caueant,

et

& diligenter inquirant, ne per aliquod malum ingenium ſubtrahant noſtram iuſticiam alteri tradendo, aut commendando.

Hæc lex uehementer erat deformata per librarium. Nos eam correximus libere, potiſſimum ex leg. Longob. inter quas etiam extat rub. de heribanno, lib. 3 De aribanno autem, ſiue heribanno, quod idē eſt, dixi alicubi ſupra.

Noſtram iuſticiam, id eſt, qđ nobis debetur per Synecdochen.

XX.

Cenſus regalis undecunq; legitime exhibeatur, uolumus ut inde ſoluatur ſiue de propria perſona hominis, ſiue de rebus.

Cenſus regalis, pro penſio, quæ regi debetur, uſu illorum temporum, unde & noſtrum zins ortum eſt. Veteribus enim latinis omnes facultates ſignificat.

XXI.

De latronibus, ſicut iam in alio Capitulari commendauimus, ita maneat.

XXII.

De liberis hominibus, qui uxores fiſcalinas regias, & fœminis liberis, quæ ho-

 mines

mines ſimiliter fiſcalinos regios accipiūt, ut nō de hæreditate parentum, uel de cau ſa ſua quærēda, nec de teſtimonio pro hac re abijciantur, ſed talis etiam nobis in hac cauſa honor ſeruetur, qualis & anteceſſo ribus noſtris regibus, uel imperatoribus ſeruatus eſſe cognoſcitur.

Accipiunt) nemen, Germaniſmo, id eſt, ducunt, uel nu bunt. Cæterum per fiſcalinos, & fiſcalinas regias intelli git mancipia regia, forte à cura fiſci facto nomine.

XXIII.

Decima) ſcriptum erat in neutro ge nere.

Vt decimæ populi diuidantur in qua tuor partes, id eſt una pars Epiſcopo, a lia clericis, tertia pauperibus, quarta Ec cleſiæ in fabricis applicetur, ſicut in decre to Gelaſij papæ continetur.

Can. 29. & habetur 12. diſt. 2. c. Quatuor autem.

XXIIII.

Vt uiduis, et pupillis, orphanis, cæcis, et claudis tuitionem, atq; adminiculū im-

pertiamus

pertiamus iuxta poſsibilitatem noſtrã, uel uires, ſicut in præcepto domini regis continetur.

Maxime cæleſtis illius, qui profitetur ſe palam horum adiutorem.

XXV.

De incantationib. augurijs, uel diuinationib. et de his, qui tẽpeſtates, uel alia maleficia faciũt, placuit ſancto cõcilio, ut, ubicunq; depræhẽſi fuerint, uideat archipreſbyter dioeceſis illius, ut diligẽtiſsime examinatione cõſtringantur, ſi forté confiteantur malorũ, quæ geſſerũt, ſed tali moderatiõe fiat eadẽ diſtrictio, ne uitã perdant, ſed, ut ſaluentur in carcere afflicti uſq;, dũ deo inſpirante ſpondeãt emendationẽ peccatorũ, &, ut nullatenus per aliqua premia á comitibus, uel centenarijs abſq; diſtricta examinatione remittantur.

Pro ,atq; rē cognouerint. aut confeſſionē examinando expreſſerint.

Et hoc ſi fecerint archipresbyteri, dum hoc cognouerint, nequaquam Epiſcopis celare audeant, & ab Epiſcopis, ut dignum eſt, pro hoc corripiantur.

Hic erat ſcriptum aliam aliſicia, litera, im tranſpoſita in finem prioris dictiōis, unde manifeſte colligi poteſt inſcitia librarij. Sic & uerba, ſi forte conſ. Velut nouum caput, á præcedentibus erant ſeparata, cum plane cohærẽāt, quanquám Germanica phraſi (ob ſie filleicht bekennetē &c.) Si) conditionali pro an) dubitatiua. Sunt enim, examinatione conſtringantur) poſita, pro examinentur) aut certe ſi forte confit.) dictum eſt abſolute pro, forte cōfitebuntur, uti & illud noſtrum pro, filleicht wurden ſie bekennen. Et ita melius. Eſt etiam confiteantur malorū) dictum pro conf. mala, ut ſi eſſet memoriæ uerbum, non aliter, quā noſtri dicunt, ich ken ſein, oder des nicht. Tale eſt Epiſcopis celare.

Item Capitulare.

I.

De ordinatione Eccleſiaſtica, & reſtauratione Eccleſiarum dei omnes generaliter habeant bonam prouidentiam.

II.

II.

Vt pacem, et concordiam habeant ad inuicem fideles noſtri.

III.

Quomodo marca noſtra ſit ordinata, & quæ per ſe fecerunt confiniales noſtri ſpecialiter iſtis præteritis annis.

Confiniales) pro, uicini, aut confines, ut præcipiat lex de cura finium regundorum. Et repetendum hic eſt pro= uidentiam habeant) aut ſubintelligendum aliquid ſimile.

IIII.

De placito condicto ad marcam neceſſe eſt, ut omnimodis ex omni parte ſicut ordinatum fuerit, unuſquiſq; conueniat.

Marca) ſignificat Germanis limites, ſeu fines. Vnde ſunt etiam nomina Marchio, & Marggrafius, id eſt præ= ſes prouinciæ, ac uelut cuſtos finium. Quod.n. hæc non= nulli deriuent á Marca Pauſaniæ uocabulo, nō placet, uel ideo, q; Marca, & Merhe, uel merche, uel ut in Miſnia, et uicinis locis pronunciatur, meere differant, nec uſquam

in Germania, quod ſciam, prior uox pro equa ſit in uſu. Deinde facile fuit Pauſaniæ detrahere literæ c. aſpirationem, præſertim cum nec Græci, nec latini poßint eum ſonum exprimere, quem nos in his regionibus habemus in litera. ch.

V.

De illis hominib. non recipiēdis á Marchionibus noſtris, qui ſeniores ſuos fugiunt pro damnaq; eis facta habent.

Sic erat ſcriptum, forte, pro damnisq; facta) legendũ eſt, ut ſit ſenſus, & ꝙ fugiunt, putant ſe lædere ſuos ſuperiores, aut fugiunt doloſe, etſi & alibi ſæpe accuſ. caſus in hoc libro erat additus præpoſitioni, pro.

VI.

De prauis iudicibus, aduocatis, uicedominis, uicarijs, centenarijs, uel reliquis actoribus maleuolis non habendis.

Hic erat auctoribus ego poſui actoribus) & hoc approbantibus legib. Longobard.

VII.

De liberorum hominum poßibilitate,

ut

ut iuxta qualitatem proprietatis exercitare debeant.

Proprietatis.i.bonorum, ſeu facultatū, exercitare, hoc eſt militare, iuuare exercitum, facto uerbo ab exercitu. Si tamen recte ariolor.

VIII.

Vt nullus conſentiat ſuis hominibus ad maleficiendum infra patriam de eo, quod dicunt ſe non poſſe habere homines ad marcam defendendam, ſi eos bene diſtringunt.

De eo) pro ideo, q, dicunt &c.i.prætexunt turpi conſenſui non poſſe populares aliter in officio retineri, niſi permittantur eis maleficia.

IX.

De uaſſis regalibus, ut honorem habeant & per ſe, aut ad nos, aut ad filium noſtrum caput teneant. Et) uideatur ponēdum poſt ſe.

Qui alibi dicuntur Baßi, quæ res ut multæ ſimiles declarant, illis adhuc temporibus nullum admodum fuiſſe, ut re uera fuit apud ueteres, diſcrimen inter b, & u, conſonantem in poteſtate, ſeu pronũciatione. Hæc ſunt nota, uinum, bin, uel Bein, uidua, Bidbe, uannus, Ban, uilla, Biler, Beiler. Barbarum itaq́; & minime neceſſarium inuentum eſt geminatio huius literæ. Porrò &)uidetur ponẽdum poſt ſe)cum per ſe honorem habere, et ab alio, quod hic puto caput tenere ad Carolum, aut filium eſſe, opinor.

X.

De obſidibus, ꝙ bene non cuſtodiunt, & ab eis fugiunt.

Bene non)puto ſcribi debere, ꝙ bene cuſtodiant, & non ab eis aufugiant, ut præcipiatur præfectis de cuſtodiẽdis obſidibus, & ꝙ)pro)ut)ſit poſitum.

XI.

De illis, qui neceßitatem patiuntur, & meliorem habeant conſolationem ad corum iuſticiam.

Forũ)pro ſuam.

XII.

Vt per placita nõ fiant banniti homines, excepto, ſi aliqua proclamatio ſuper

aliquem uenerit, aut certe, ſi ſcabinus, aut iudex non fuerit, & pro hoc condemnati illi pauperiores non fiant.

Id eſt non in conuentibus, ſed in iudicijs, niſi iudices deſint, aut lata ſententia deferatur in conuentum. Et pro hoc) id eſt ideo, qui condemnabuntur aliter, nihil hoc eis noceat.

XIII.

Vt haribannum, aut aliquod collectũ pro exercitali cauſa cõites de liberis hominib. recipere, aut inquirere non præſumãt, excepto, ſi de palacio noſtro, aut filij noſtri miſſus ueniat, qui illum haribannũ requirat.

Collectum) .i. tributum, haribannum autem eſt compoſitum, à banno, de quo alibi, & here .i. exercitu, (Saxones hare dicunt à) Scotico) quod ea pecunia propriæ cõferretur ad militiam, ſiue, ut tributum, ſiue, ut mulcta.

CAROLVS GRAtia Dei Rex Francorum, et Lõgobardorum, ac Patricius Romanorum.

Dilectis Comitibus, ſeu iudicibus, & uaſsis noſtris, uicarijs, cẽtenarijs, uel omnibus miſsis noſtris, et agentibus. Cognoſcat utilitas ueſtra, quia reſonuit in auribus noſtris quorundam præſumptio non modica, quod non ita obtemperetis pontificibus noſtris, ſeu ſacerdotibus, quẽadmodum canonum, & legum continet authoritas. Ita, ut presbyteros, neſcio qua temeritate, præſentari Epiſcopis denegetis. Inſuper & aliorum clericos uſurpare nõ pertimeſcatis, et abſq; cõſenſu epiſcopi in ueſtras eccleſias mittere audeatis. Nec non et ueſtris miniſterijs pontifices noſtros

talem poteſtatem habere nõ permittatis, qualem rectitudo Eccleſiaſtica docet. Inſuper nonas, et decimas, uel cenſus improba cupiditate de eccleſijs, unde ipſa beneficia ſunt, abſtrahere nitimini, & precarijs de ipſis rebus, ſicut á nobis dudum in noſtro capitulare inſtitutum eſt, accipere neclegitis, & ipſam ſanctam Dei eccleſiã una cum ipſis Epiſcopis, uel abbatibus emendare iuxta uires ueſtras. Quapropter nos una cum conſenſu Epiſcoporum noſtrorum, abbatum, nec non & aliorũ ſacerdotum hæc inſtituta partibus noſtris direximus. Præcipientes .n. iubemus, ut nullus quilibet ex fidelib. noſtris á minimo uſq; ad maximũ in his, q̃ ad eũ ptinẽt, Epiſcopo ſuo inobediẽs parere audeat de ſupra dictis Capitulis, ſeu alijs cru-

Hic erat ſcriptũ do nec) pro docet.

Hic beſicia, ſed maniſeſto errore, et plane puerili.

Neclegitis) pro eo, quod iam ſcribitur negligitis.

ditionibus

ditionibus ad illorũ miniſteria pertinentibus, ſed cum bona uoluntate, & omni manſuetudinis ſubiectione unuſquiſq; ſacerdoti ſuo propter deum, et pacis ſtudium obtemperare ſtudeat. Si quis autem, quod abſit, unus ex uobis ullus de nonis, et decimis, cenſibusq; reddendis, atq; præcarijs renouandis neclegens apparuerit, et importunus epiſcopis noſtris de his, quæ ad miniſterium illorum pertinere noſcuntur, uel ſicut in capitulare dudum á nobis factum continetur, contra dicere præſumpſerit, ſciat ſe proculdubio, niſi ſe cito correxerit, in conſpectu noſtro exinde ducere rationes, & ut has literas certius credatis de anulo noſtro ſubterius decreuimus roborare.

Hic erat ſcriptum quo abſit ulnus)

Ducere) pro ducturũ, et hoc pro redditurũ, aliud n. eſt ducere, uel uſitatius, ſubducere rationes, aliud reddere.

174

Manuſcriptus codex hic habebat, ſubtereas) mendoſe, ſubterius autem dicitur à ſubter, ut à ſuper ſuperius dicitur, pro inferius.

Dilect. comit) imperfecta ſalutatio, deſunt enim S. D. cuiuſmodi ſunt inſcriptiones epiſtolarum Pauli Apoſtoli. Dixit etiã utilitas ueſtra) pro eo, quod iam ſcribunt ſuis principes, lieben, getreuen) & figurate utilitas) pro utiles, ut adhuc dicimus, tua maieſtas, tua ſanctitas, dilectio, paternitas, & alia multa non ad ueterum latinorum formam, ſed imitationem Epiſcoporum Græcorum, & latinorum, adeoq; ad Chriſtianorum inter ſe reuerentiæ formam. Cæterum habes hic imaginem, lector, horum temporum, niſi quod res iam eſt periculoſior propter maiorem ducum potentiam.

Optat Ephippia bos piger, optat arare Caballus.
Et utinam hoc tantum.

Et precarijs de etc. melius precario.) Sing. nu. legeretur. Eſt autem precarium, quod precib. utendum conceditur, quamdiu is, qui conceſſit, patitur ff. de precario, c. fin. de prec. extra in 3. de precarijs habẽtur ſimilia quædã in Conc. Remen. c. 36. & 37. Nullus quilibet) pleonaſmus, nullus enim ſufficeret, aut nullus omnino, Eſt phraſis cognata cũ Germanica, das kainer, er ſei wer er ſei, deinde inobediens parare ſcriptum erat. Ego feci parere. Tametſi & hoc dictum eſt pro eſſe inobediens.

Capitula

CAPITVLA, QVE addita ſunt ad legẽ Lõgobardorũ

CArolus diuino nutu Coronatus Romanum regens Imperium Sereniſſimus Auguſtus omnibus Ducibus, Comitibus, Gaſtaldijs, ſeu cunctis Reipublicæ per prouincias Italiæ, á noſtra manſuetudine præpoſitis. Anno ab incarnatione domini noſtri Ieſu Chriſti. d.ccc. primo, indictione nona. Anno uero regni noſtri in Francia.33.in Italia. 28.conſulatus autem noſtri primo, cum in Italiam propter utilitatem ſanctæ Dei eccleſiæ, ac prouinciarum diſponendarũ ueniſſem, et multæ, atq; diuerſæ per orbis ſingulas ante conſpectum noſtrum quæſtiones tã de eccleſiaſticis, quã publicis, ac priuatis reb. diſcuterẽtur, pleraq; ſtatuta, recitata ex Romana, ſeu Longobardica

Partes) uidetur deeſſe, aut or bem) ſcribendum.

lege

lege competenti ſententia terminata. Et ſunt. Quædam uero in noſtri examinis arbitrium ad tempus dilata, quorum iudicialis ſententia á legiſlatoribus aut penitus omiſſa eſt, aut á poſteris obliuioni tradita. Quocirca nos conſiderantes utilitatem noſtram, et populi adeo nobis conceſſi ea, quæ ab anteceſſorib. noſtris Regib. Italiæ in edictis legis Longobardiæ ab ipſis editæ prætermiſſa ſunt, iuxta rerum, et tẽporis cõſideratione addere curauimus ſolliciti, ut neceſſaria, quæ legi defuerant, ſupplerẽtur, ut in rebus dubijs non quorũlibet arbitrium, ſed noſtræ regiæ authoritatis ſententia præualeret.

Hic erat Quætam. Hic ad legis latronibus. Hic quod circa.

Gaſtaldius, uel Gaſtaldio ſignificat Oeconomum .i. procuratorem domus, et rei familiaris. Puto factum nomẽ à Gaſt id eſt hoſpitium ueteri Germanica, & Gallica lingua, et halden. i. tenere. Sic. n. in quibusdã Germaniæ locis adhuc uerbum pronunciatur. Quod autem Gaſt)

non tantum ſignificauerit hoſpitem, ſed etiam hoſpitium noſtris maiorib. hoc oſtendit, quod adhuc in Miſnia publicum hoſpitem uocant ein Gaſtgeber, id eſt hoſpitij datorē. Quare melius ſcriberetur Gaſthaldius, niſi quis geſtelten, qui nunc beſtelte uocantur, id eſt conſtituti, uelit hāc uocem eſſe, quod nō diſplicet mihi. Deinde primus annus conſulatus eſt primus annus Imperij. Regnum autē in Italia incipit ab Anno Chriſti 774. quod hiſtoriæ conuenit, ſcribitur enim Anno præcedente, hoc eſt 773. miſſam ad eum legationem ab Adriano Pontifice, atq; impetratum auxilium ab eo contra deſiderium regem Longobardorū, ac ipſum, parta uictoria, ſequente anno domum rediſſe.

CAPITVLA AVtem, quæ nobis addere placuit, hæc ſunt.

I.

DE cartis donationis faciendis ſtatuimus, ſi quis Longobardus ſtatū humanæ fragilitatis præcogitans pro ſalute animæ ſuæ de rebus ſuis cartam donationis

nationis quamlibet facere uoluerit, non, ſicut hactenus fieri ſolebat, ius ſibi uendendi, commutandi, & per aliam cartam eandem rem alienandi reſeruet, ſed abſolute faciat unuſquiſq; de rebus ſuis, quid uelit, & nouerit ſibi á noſtra authoritate penitus interdictum duas de eadem re facere donationes. Sed poſtquam unam de rebus ſuis ordinationem fecerit, aliam de ipſis faciendi nullam habeat poteſtatem Eidem tamen, ut uſumfructum per tantum precaria, res traditas uſq; in tempus definitum poſsidendi ſit facultas.

In lib. manuſcripto erat aliqādi.

Hic eſt in ſcripto codice id eſt, ubi ego poſui, conſtructione poſtulante, Eidem, Et per, tantum, precaria) dictū eſt pro tantum precario, ac ſané uidetur, aut deeſſe uerbum habeat) aut legi debere, ut uſum fructum tantum percipiat precario.

De aribanno. Si quis liber, contempta iuſsione noſtra, cæteris in exercitum pergentibus domi reſidere præſumpſerit, plenum aribannum ſecundum legem francorum ſolid. lx. ſciat ſe debere cōponere. Similiter & pro contemptu ſingulorum capitulorum, quæ per noſtræ Regiæ authoritatis bannum promulgauimus. Idem qui pacem Eccleſiarum dei, uiduarum orphanorum, et pupillorum, ac minus potentiæ irruperit. lx. Solid. exſoluat.

Puto ſcribendum potentum) pro potentiæ, quomodo ſcriptum eſt in l. Si quis liber, de Exercital. *& his, qui in h. 1. n lib. 1. ll.* Longob. *Vbi tota poſterior pars ita eſt impreſſa, ſimiliter & pro contemptu ſingulorum capitulorum, quibus per noſtram regalem authoritatem bannum promulgauimus. i. q. pacem* Eccleſiarum Dei, *& uiduarum, & orphanorum, & pupillorum, pauperum, ac minus potētum irruperit, aut raptum intra patriam fecerit, aut alienas domos incenderit, uel cum collecta multitudine uim cuilibet intulerit, lx. ſol. pœna mulctetur.*

III.

De deſertorib. Si quis adeo contumax, aut ſuperbus extiterit, ut, dimiſſo exercitu abſq; iuſſu, uel licentia regis, domum reuertatur, &, quod nos Theutiſca lingua dicimus, eris lex, fecerit, ipſe, ut reus maieſtatis uitæ periculo incurrat, et res eius fiſco noſtro ſocientur.

Exiſterit) *pro extiterit, aut ſic debuit ſcriptum eſſe, ut eſt in legib.* Long. *l. ſi quis contumax, de exercital. & his, qui in h. lib.* i. *ubi etiam habetur hæc lex, & pro* Eris lex, *eſt ſcriptum* Eriliz, *& ibidem l. fin. exponitur depoſitio armorum.* Puto *uocem factam ab heer. i. exercitu, & lets. i. fine, ac ideo ſcribendam herislets, q. exercitus, & militiæ finis, quod etiam per depoſitionem armorum ſignificatur, non tamen obſeruata puerili ratione compoſitionis, ut nec opus fuit, nec in eo loco ſignificatur eam obſeruatam eſſe.*

IIII

De latronib. ſi quis latronẽ morte dignum ſibi ad occidẽdum traditum reſeruauerit, uitam indigno conceſſerit, me-

dietatē damni, propter quod traditus eſt, pro latrone componat, & , ſi idem latro iterum in latrocinio fuerit compræhēſus, quod in primis debuerat, capitali ſententiæ debitum exſoluat.

Id eſt afficiatur ſupplicio capitis, ut prius dignus fuiſſet, ac puto legendum ibi prius) pro primis. In principio ſcriptum erat, ſi quis latronum mortem, ſed, ut uides, à me nonnihil mutatum neceſſario. Cæterum eadem lex habetur lib. 1. ll. Longob. de furtis, & ſer. fugac.

V.

De mancatione qualibet. Si quis alterum præſumptione ſua, uel ſponte, caſtrauerit, & ei ambos teſticulos amputauerit, integrum uuidrigildum ſuum iuxta conditionē perſonæ componat, ſi uirgam abſciderit, ſimiliter, ſi unum teſticulorum, medietatem ſoluat. De oculis, manibus, ac pedibus, uel de lingua ſancimus, ut, ſi

Virgam) penem, ut Medici adhuc uocant.

unum

unum horum abſciſum fuerit medietas uuidrigildi, ſi ambo, integritas pro factis emẽdatione componatur.

Fortaſſe legendum eſt præfatis, ut referatur ad læſos. In 1. lib. II. Longob. ubi habetur etiam hæc lex, eſt ſcriptũ præfecta, ſed errore Typographorum, pro perfecta.

VI.

De Aldionibus publicis, Ad ius publicum pertinentibus Aldiones, uel Aldianes ea lege uiuant in Italia in ſeruitute dominorum ſuorum, qua feſcalini, uel liddi uiuunt in Francia.

In manuſcripto libro eſt Ad ius pulli pertinenter. In 3. lib. II. Longob. Incipit lex ab his uerbis, Aldianes, uel Aldianæ, titul. Qua lege Aldianes, uel Aldiæ uiuere debeant. Rectius ubiq; legeretur Aldij, uel Aldiæ, ut ſexus commode diſcerneretur. Cæterum de alijs uocabulis in præcedentibus, liddorum autem uox ea uidetur eſſe, quæ adhuc eſt in uocabulo apud nos uſitato lidlon. i. famulorũ, & famularum merces, ut ambæ uoces Aldij, et liddi) ſint Germanicæ, atq; nihil differant, niſi, ꝙ altera in Italia

annorum præſcriptione uindicetur, ea tamen ratione, ſi dominus Francus, ſiue alemannus, aut alterius cuiuslibet nationis ſit. Si uero Lōgobardus, aut Romanus fuerit, ea lege ſeruos ſuos uel adquirant, uel amittant, quæ inter eos antiquitus eſt conſtituta. Hic erat ſcriptum, admittāt, plane alio ſenſu.

Fugitib. eſt in archetypo, ac ita hoc etiam loco ſignificatur, quod paulo ante annotaui de ſimilitudine poteſtatis conſonantium, b. & u.

IN NOMINE PATRIS, & filij, & ſpiritus ſancti.

CArolus ſereniſſimus Auguſtus, â deo coronatus, magnus, pacificus Imperator, Romanū gubernans imperium, qui et per miſericordiam dei rex Francorum, et Longobardorū, dilectiſſimo filio noſtro Pipino glorioſo regi ſempiternā & domino ſalutem. Peruenit ad aures clementiæ

mentiæ noſtræ, quod aliqui duces, & eorum iuniores gaſtaldij, uicarij, cētenarij, ſeu reliqui miniſteriales, falconarij, uenatores, & cæteri per ſingula territoria habitantes, ac diſcurrentes, manſionaticos parua reda accipiant, non ſolum ſuper liberos homines, ſed etiā in Eccleſias dei, monaſteria uidelicet uirorum, & puellarum, & Xenodochia, atq; diuerſas plebes, & ſuper reliquos ſeruientes Eccleſiarum dei in eorum opera, ijdem in uineis, & campis, ſeu pratis, nec non in eorum ædificijs illos faciant operari, & carnaticos, & uinum contra omnem iuſticiam ab eis exactare non ceſſant, & multas oppreſsiones patiantur ipſæ Eccleſiæ dei, uel ſeruientes eorum. Ideoq;, cariſsime fili, has literas ad tuam dilectionem direximus, ut hanc cauſam diligenter.

gentet.

genter, ac prudenter inquirere facias, et, ſi ueritas eſt, quod ita factum ſit, deinceps omnimodis emendare, et corrigere ſtudeat, quatenus in diebus noſtris, ac tuis pax eccleſiarum dei, ſiue illarum ſeruientium in omnibus conſeruetur, &, ut merces copioſa nobis, ac tibi exinde iugiter adcreſcat. Audiuimus etiam, quod quædam capitula, quæ in lege ſcribi iuſsimus, per aliqua loca aliqui ex noſtris, ac ueſtris dicant, quod nos nequaquam illis hanc cauſam ad noticiam per noſmetipſos condictam habeamus, et ideo nolunt eis obedire, nec conſentire, neq; pro lege tenere. Tu autem noſti, quomodo, uel qualiter tecum locuti fuimus de ipſo capitulo, et ideo monemus tuam amabilem dilectionem, ut per uniuerſum regnum tibi á deo commiſſum ea nota faciat, et obedire, atq; implere

M 5 præcipiat

præcipiat, de Epiſcopis, & ſacerdotibus occiſis, ſicut ſtatutum habemus, & de reliquis quibuſlibet cauſis.

Manſionaticos.) Quid ſi Manſionatici eſſent, qui opus faciunt ruri, aut in predijs, quos Manſos adhuc in Italia uocant uulgo ex uetere Germanica lingua, forte à uiri labore, qui Man à noſtris dicitur, aut certe, qui Manſos poßident, non ſunt Coloni, ut inueniuntur, qui colunt tantum conductos agros

Faciant operari) id eſt grauent immodicis, & iniquis miniſterijs & exactionibus, uti adhuc ſæpe faciunt. Per carnaticos autem ſuſpicor eum intelligere tale quiddam, qualis eſt carnium decima, fleiſch zehende.

Merces copioſa nob.) uides Carolum expectare mercedem in futura uita? Mirum uero eſt hanc tantam blaſphemiam ſcilicet in Aula Imperatoris etiam fuiſſe. Verum hæc fuit ſententia Catholicæ Eccleſiæ

omnibus

omnibus temporibus. Verba, quod nos nequaquam illis hanc cauſam) ſunt Epanalepſis præcedentium, quod quædam Capitula, etc. in alia tamen forma. Deinde, ad noticiam per nosmetipſos condictam habe-amus, debet, niſi eſt menda, pro, quod non hoc illis nos ipſi propoſuimus, aut indicauimus.

Verum tamen de presbyteris uidetur nobis, ut, ſi liber natus eſt preſbyter, tripla compoſitione ſecundum tuam legem fiat compoſitus, &, ſi placatus fueris ſecundum qualitatem plagarum, uel diſciplinæ, tripla compoſitione emendetur, qui hoc perpetrauerit. Si tamen presbyter ſeruus natus fuerit, ſecundum illius natiuitatem tripla

Fiat cōp. i. cōponatur) pro luatur, aut ſatis fiat læſo ab eo, qui læſit.

compoſitione

compoſitione ſoluatur in plagis, & diſciplinis, & de draconibus ſimiliter fiat, His expletis, bene uale ſemper in domino, fili dilectiſsime.

De Epiſcopis, & cleric. lib. 1. ll. long

Volumus primo, ut neq; abbates, & præsbyteri, neq; Diaconi, et ſubdiaconi neq; quiſlibet de clero de perſonis ſuis ad publica, uel ſecularia iudicia trahantur, uel diſtringãtur, ſed á ſuis Epiſcopis adiudicati iuſticias faciant. Si autem de poſſeſsionibus ſuis, ſeu eccleſiaſticis, ſeu proprijs ſuper eos clamor ad iudicem uenerit, mittat iudex clamantem cum miſſo ſuo ad Epiſcopum, ut faciat eum per ad uocatum iuſticiam recipere. Si uero talis aliqua inter eos contentio orta fuerit, quam per ſe pacificare non uelint, aut non poſsint, tum per aduocatum Epiſcopi qualem iuſſerit ipſe in cauſa ipſa ante comitem

Suis.) pro eorum.

Hic erat que.

mitem, uel iudicem ueniat, & ibi ſecūdum legem finiatur antepoſita, ut dictum eſt, perſona clerici.

Perſona) id eſt contentio de clerico, ſeu clerici cum ſeculari.

De perſonis ſuis.) id eſt ſui cauſa, uel, cum res ad ipſorum perſonas, aut ad ipſos homines proxime ſpectat, nō ad bona, de quibus additur paulo poſt per antitheſin.

Ut ſerui, Aldiones, libellarij antiqui, uel illi nouiter facti, qui non pro fraude, non pro malo ingenio de publico ſe ſubtrahentes, ſed pro mala paupertate, & neceſſitate terras eccleſiæ incolunt, uel colendas ſuſcipiunt, non á comite, uel quolibet miniſtro illius ad ullam angariam, ſeu ſeruitium publicum, uel priuatum cogantur, uel compellantur. Sed quidquid ab eis iuſte agendum eſt, á patrono, uel domino ſuo ordinandum eſt.

Videtur ἐμφύτευσιν q̃ uulgus Emphiteoſin uocat, ſignificare.

ἄγγαρος, & ἀγγάρεια. Sunt uocabula perſica, ut ſcribūt Heſych. et Suid. Alterū ſignificat regis nuncios, et tabellarios, qui ſibi mutuo propter feſtinationem ſuccedunt

cedūt, cuiuſmodi nunc habentur equi, alterū publicam, & coactam operam, unde uerbum etiam ἀγγαρεύω, quo & Matthæus eſt uſus. Quibuſdam etiam angaria uſurpatur pro quadrante anni, quod eo tempore debeant ſe homines uelut inuitos ad abſtinentiā cogere ſingulariter ex eccleſiaſtica traditione.

De cleri- cis adhuc loquitur.

Si uero de crimine aliquo accuſantur, Epiſcopus primo compellatur, ut ipſe per aduocatum ſuum, ſecundum quod lex eſt, iuxta conditionem ſingularum perſonarū, iuſticiam faciant.

Sin uero, ſicut in capitulare noſtro ſcriptum eſt, ita fiat, cæteri uero liberi homines, qui uel commendationem, uel beneficium Eccleſiaſticum habent, ſicut reliqui homines, iuſticiam faciant.

Sin) uidetur hic uſurpatum pro, ſi non .ſ. hoc fiat. Concilia, & canones uocant ſere commendam .i. cuſtodiam Eccleſiæ, quæ fit ad certum tempus. Vide Cap. nemo deinceps, de Elect. in 6.

Volumus

Volumus etiam, & ſtatuimus de plateis uel cloacis curandis unius cuiusque ciuitatis de regno Italiæ pertinentibus, ut ſingulis annis, curentur. Tamen non uolumus, quod, exinde pandum aliquis ad partem palatij noſtri perſoluat, ſed præcipimus, quatenus exactores ſingularum ciuitatum ſtudium habeant, ne ante finiatur annus, quam plateæ, & cloacæ emundentur, & hoc unus quiſq; procurator ciuitatis publice ex noſtra Imperiali parte admonendo præcipiat, ne præter miſſum fiat.

De regno) pro ad regnum.

Prætermiſſum fiat) pro prætermittatur uſitata in hoc libro figura.

Hec

HAEC SVNT CA- pitula, quæ aliqui ex miſsis noſtris ad noſtram noticiam detulerũt anno 16. Imperij noſtri.

DE his, qui ſine conſenſu Epiſcopi præsbyteros in eccleſijs conſtituũt, uel de eccleſijs eijciũt, et ab Epiſcopo, uel á quolibet miſſo dominico admoniti obedire noluerunt, ut pannum noſtrum reuadiare cogantur, & per fideiuſſores ad placitum noſtrum uenire iubeantur, & tum nos decernamus, utrum nobis placeat, ut aut illum bannum perſoluant, aut aliam harmis caram ſuſtineant.

Hic erat ſcriptum rei uiadiare. Sed puto idem uerbum eſſe, quod ſupra eſt uſurpatum in alio capitulari. C. 14. et á nobis ibi expoſitum. Quamq; hic uidetur generalius ſignificare, hoc eſt non addicere, ſed dare, ut pignus tamẽ, aut quo alicui cauetur. Porro non uidetur hæc uox alia eſſe á

præcedente

præcedente pandum. Non enim in his locis eſt ſpecies relegationis,ſed multa , ut ſit noſtrum nomine pfand,quod Saxones , & ueteres Franci pand,dicunt minus duriter, ut alia multa.Item,quod in his regionibus eſt in uſu bandel)Bauarica pronunciatione pro pæna læſæ pacis,quam alioqui fredam uocant Franci. Porro harmiſcaram puto eſſe unam dictionem , ac ſignificare pænam ita,ut ſit etiã noſtrum armſcheer, hoc eſt brachij forceps, aut uinculũ, ut olim furca fuit ſeruilis pæna. Saxones adhuc,dicunt ſcar, uel ſcer,ubi nos plane Barbaricum ſibilum, aut Hebraicum afflamus.

II.

De Eccleſijs,quæ inter hæredes diuiſæ ſunt,conſideratum eſt,quatenus,ſi ſecundum prouidentiam,et admonitionem Epiſcopi ipſi cohæredes eas uoluerint tenere, & honorare faciant. Sin autem hoc contradixerint, ut Epiſcopus poteſtatem teneat utrum eas ita conſiſtere permittat, aut reliquias exinde auferat, et ubi ad noſtrum beneficium Eccleſiæ pertinentes

Cõſideratũ eſt) ordinatũ,cõſtitutum eſt)noſtra figura,iſt bedacht worden.

ita diuiſæ inuentæ fuerint, ut deſcribatur, & nobis renuncietur.

Aut) pro an, ut paulo poſt, et alibi. Eſt. n. differẽtia inter diſiunctionem, & dubitationem.

III.

De Eccleſijs deſtructis, & Epiſcopi, & miſsi inquiſitionem faciant, utrum per negligentiam, aut impoſsibilitatem deſtructæ ſint, & ubi negligentia inuenta fuerit, Epiſcopali authoritate emendare cogantur, qui eam reſtaurare debuerant, ſi uero impoſsibilitate contigit, aut plures ſint, q̃ neceſſe ſit, aut maioris magnitudinis, quam ut ex rebus ad eas pertinentib. reſtaurari poſsint, Epiſcopus modum inueniat, qualiter congrue emendari, et conſiſtere poſsint.

Habetur, ut præcedens, in rub. de Epiſcopis, et cler. l. 2. ll. Longob.

Impoſsibilitatẽ). ſ. durãdi, quod ferè fit propter uetuſtatẽ.

IIII.

IIII.

De uno manſo ad Eccleſiã dato, de quo aliqui homines contra ſtatuta ſibi ſeruitium exigunt. Quicunq; pro hac cauſa accuſatus fuerit, comes, uel miſſus hoc, quod de inde ſubtractum eſt, presbyteris cum ſua lege reſtituere faciant.

Manſus iugerum ſignificat Italorum uulgo. Nonnulli eruditorum putant factum uocabulum à Man id eſt uiro. Mihi uidetur à Mâs, uel Mês, potius detortum eſſe, ac ita uelut postliminio rediјſſe in latinam linguam. Sunt. n. noſtra hæc à menſura, n, abiecta, ut exiſtimo, deriuata, quæ deinde, recepta ea litera, manſus pepererunt in hac linguarum iactatione. Idq; non paucis aliјs accidit.

V.

De his, qui nonas, aut decimas iam per multos annos, aut ex parte, aut ex toto dare neglexerunt, uolumus, ut per miſſos noſtros conſtringantur, ut ſecundum Capitularem priorem ſoluant

unius anni nonam, & decimam cum ſua lege, et in ſuper bannum noſtrum, et hoc eis denuncietur, quód, quicunq; hanc negligentiam iterauerit, beneficium ſuum, unde hæc nona, & decima perſolui debuit, amiſſurum ſe ſciat, ita enim continetur in capitulare bonæ memoriæ genitoris noſtri in lib. I.

Capitularem priorem). ſ. librum, aut ſimile, pro compendio, & uelut capitulo, alias in neut. gen. uſurpatur, ut etiam paulo poſt.

V I.

Vt, qui Eccleſiarum beneficia habent, nonam, & decimam ex eis Eccleſiæ, cuius res ſunt, donet, &, qui tale beneficium habent, & ad medietatem laborant, & de eorum portione proprio preſbytero decimas donent. Item in Capitulare

lare

lare noſtro in lib. I I. Cap. X X I. de eadem.

Eorum) pro ſua, & , ad medietatē) um den halben teil, ut ſit in ſocietate animalium, quam nonnulli ſocidam uocant.

V I I.

De nonis, & decimis, unde genitor noſter, et nos frequenter, & in diuerſis placitis admonitionem fecimus, & in Capitularia noſtra, qualiter hæc obſeruentur, ordinauimus, uo...mus, atq; iubemus, ut de omni conlaborato, & de uino, & feno fideliter, & pleniter ab omnibus nona, & decima perſoluatur. De nutrimine uero pro decima, ſicut hactenus conſuetudo fuit, ab omnibus obſeruetur. Siquis tamen Epiſcoporum fuerit, qui argentū pro hac accipere uelit, in ſua maneat poteſtate, iuxta quod ei, & illi, qui hoc

Obſeruentur) id eſt obſeruari debeāt, ſicut uulg. adhuc loquitur.

perſoluere debet, conuenerit.

Per nutrimen, puto, intelligendum eſt onus, aut ſerui tus educandi, & alendi pecudes.

VIII.

Quicunq; decimam abſtrahit de Eccleſia, ad quam per iuſticiam dari debet, et eã præſumptione, uel propter munera, aut amiciciam, uel aliam quamlibet occaſionẽ ad alteram Eccleſiam dederit, á comite, uel á miſſo noſtro diſtringatur, & eiusdẽ decimæ quantitatẽ cum ſua lege reſtituat.

In archetypo eſt detringatur.

IX.

In archetypo eſt quæ.

De decimis, quas populus dare nõ uult niſi quolibet modo ab eo redimantur, ab Epiſcopis prohibendum eſt, ne fiat, &, ſi quis contemptor inuentus fuerit, et nec Epiſcopum, nec comitem audire uelit, ſi noſter homo fuerit, ad præſentiam uenire compellatur. Cæteri uero diſtrin-

gantur

gantur, ut inuiti Eccleſiæ reſtituant, qui uoluntario dare neglexerunt.

X.

Quicunq; de rebus Eccleſiarum, quas in beneficium habent, reſtaurationes earum facere neglexerint, iuxta capitulare, in quo de operibus, nonis, & decimis conſtitutum eſt, ſic de illis adimpleatur. Idem in libro. iiij. Cap. xxxviij. de opere, & reſtauratione Eccleſiarum. In Archetypo eſt actionis, ubi nos poſuimus nonis.

Ex hoc loco, ut alijs nonnullis apparet, q̃ hæ conſtitutiones ſint tantum ex aliqua parte quædam appendix integrorum librorum.

XI.

Conſiderandum eſt, ut de frugib. terræ, et animaliũ nutrimine ꝑſoluãtur. De ope uero, uel reſtauratiõe Eccleſiarũ comes. et Epiſcop. ſiue Abbas una cũ miſſo noſtro, quem ipſi ſibi ad hoc elegerint con- Perſoluãtur) repetendũ eſt, qui Eccleſias habẽt in beneficium.

 ſiderationem

Inde acci piat ad).i. tantũ one ris in re paratione Eccleſiarum ſuſti neat, quã tum pro portio fru ctuum, quos percipit, requirit.

ſiderationem faciant, ut unuſquiſq; eorum tantum inde accipiat ad operandum, et reſtaurandum, quantum ipſe de rebus Eccleſiarum habere cognoſcitur. Similiter et uaſſi noſtri in commune tantum operis accipiant, quantum rerum Eccleſiaſticarum habent, uel unuſquiſq; per ſe iuxta quantitatẽ, quã ipſe tenet, aut, ſi inter eos conuenerit, ut pro opere faciendo argentum donet, iuxta æſtimationem operis in argento perſoluant, cum quo pretio rector Eccleſiæ ad prædictam reſtaurationem operis et materiam operis conducere ualeat, & qui nonas, & decimas dare neglexerit, primum quidem illas cum ſua lege reſtituat, inſuper bannum noſtrum ſoluat, ut ita caſtigatus caueat, ne ſæpius iterando beneficium amittatur.

In

In archetypo erat, et materiam en operis conducere, ubi pro en, ſyllaba poſui ualeat, ut ſenſus poſtulabat, et in legib. Longob. de Decimis, inuenitur additum.

Hic etiam aperte uides pannum aliud ſignificare, quã proſcriptionem, aut relegationem aliquam.

XII.

De illo, qui agros dominicos propterea neglexit excolere, ut nonas exinde non perſoluat, & alienos ſcintas ad excolendum propter hoc accipit, uolumus, ut de tribus annis ipſam nonam cum ſua lege perſoluat, &, ſi quis contemptor aut comitis, aut miſſorum noſtrorum propter hoc exſtiterit per fideiuſſores ad placitum uenire compellatur. in archet. eſt dominicatos.

Scintas uox eſt uarie deformata in ſcripto codice raſuris, lineis ſuperimpoſitis, diuulſione ſyllabarum, legi tamẽ ſic poteſt, niſi, quod, n, litera per lineolam, i, uocali impoſitam eſt ſignificata, ut etiam ſanctitas poſſit legi. Sed hæc uox nihil ad rem facit. Tametſi autem & iſta poterat omitti, ſalua ſententia, poſui tamen eam, ne in alieno libro nimiũ uiderer ſapere, ac nõ uideo, quid ſignificet

niſi forte, quod ſpoliatorem, aut durum exactorē uocant, metaphorice tamen. Schinder) enim, aut ſchinter) Saxonice lanium, ſeu decoriatorē ſignificat, ac uſurpatur uox non raro, & quidem ſignificanter pro auaro, aut paſtore, qui pecus deglubit, non tondet.

XIII.

Vt de rebus Eccleſiarum, quæ ab eis per 30. annorum ſpacium ſiue ulla interrogatione poſſeſſæ ſunt, teſtimonia non recipiantur, ſed eo modo contineantur, ſicut res ad fiſcum pertinentes contineri ſolent.

Id eſt interpellatione, aut poſtulatione, ut fieri debet in præſcriptionibus, & uocatur interruptio.

XIIII.

De beneficijs deſtructis hoc obſeruetur, quod in capitulare priori continetur, id eſt in libro 4. Cap. 36.

Capitulare) in ablatiuo pro capitulari) ubiq;.

Quicunq; ſuum beneficium occaſione proprij deſertum habuerit, & intra annum

num poſtq; ei á comite, uel miſſo noſtro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipſum beneficium amittat.

Occaſione proprij) hoc eſt prætextu proprij, aut ut proprium curet.

XV.

Ut miſsi noſtri, ubicunq; malos ſcabinos inueniunt, eijciant, & totius populi conſenſu in locum eorum bonos eligant, &, cum electi fuerint, iurare faciant, ut ſcientes iniuſte iudicare non debeant.

Scabinorum nomen uidetur à noſtro ſchaffer, quod Saxones ſcaper dicunt, detortum eſſe.

In archety. eſt non deant, ſed mendoſe, ut non debeant, autem, iudicare) dictum eſt pro, quod non ueſint iudicare.

XVI.

Ut in omni comitatu inquiſitores

ita diuiſæ inuentæ fuerint, ut deſcribatur, & nobis renuncietur.

Aut) pro an, ut paulo poſt, et alibi. Eſt.n. differẽtia inter disiunctionem, & dubitationem.

III.

De Eccleſijs deſtructis, & Epiſcopi, & miſsi inquiſitionem faciant, utrum per negligentiam, aut impoſsibilitatem deſtructæ ſint, & ubi negligentia inuenta fuerit, Epiſcopali authoritate emendare cogantur, qui eam reſtaurare debuerant, ſi uero impoſsibilitate contigit, aut plures ſint, q̃ neceſſe ſit, aut maioris magnitudinis, quam ut ex rebus ad eas pertinentib. reſtaurari poſsint, Epiſcopus modum inueniat, qualiter congrue emendari, et conſiſtere poſsint.

Habetur, ut præcedens, in rub. de Epiſcopis, et cler. l. 2. ll. Longob.

Impoſsibilitatẽ). ſ. durãdi, quod ferè fit propter uetuſtatẽ.

IIII.

IIII.

De uno manſo ad Eccleſiã dato, de quo aliqui homines contra ſtatuta ſibi ſeruitium exigunt. Quicunq; pro hac cauſa accuſatus fuerit, comes, uel miſſus hoc, quod de inde ſubtractum eſt, presbyteris cum ſua lege reſtituere faciant.

Manſus iugerum ſignificat Italorum uulgo. Nonnulli eruditorum putant factum uocabulum á Man id eſt uiro. Mihi uidetur á Mâs, uel Mês, potius detortum eſſe, ac ita uelut poſtliminio rediiſſe in latinam linguam, Sunt.n. noſtra hæc á menſura,n, abiecta, ut exiſtimo, deriuata, quæ deinde, recepta ea litera, manſus pepererunt in hac linguarum iactatione. Idq; non paucis alijs accidit:

V.

De his, qui nonas, aut decimas iam per multos annos, aut ex parte, aut ex toto dare neglexerunt, uolumus, ut per miſſos noſtros conſtringantur, ut ſecundum Capitularem priorem ſoluant

lare noſtro in lib. I I. Cap. X X I. de eadem.

Eorum) pro ſua, & ad medietatē) um den halben teil, ut fit in ſocietate animalium, quam nonnulli ſocidam uocant.

V I I.

De nonis, & decimis, unde genitor noſter, et nos frequenter, & in diuerſis placitis admonitionem fecimus, & in Capitularia noſtra, qualiter hæc obſeruentur, ordinauimus, uo..mus, atq; iubemus, ut de omni conlaborato, & de uino, & feno fideliter, & pleniter ab omnibus nona, & decima perſoluatur. De nutrimine uero pro decima, ſicut hactenus conſuetudo fuit, ab omnibus obſeruetur. Siquis tamen Epiſcoporum fuerit, qui argentū pro hac accipere uelit, in ſua maneat poteſtate, iuxta quod ei, & illi, qui hoc

Obſeruentur) id eſt obſeruari debeāt, ſicut uulg. 89. adhuc loquitur.

perſoluere debet, conuenerit.

Per nutrimen, puto, intelligendum eſt onus, aut ſerui tus educandi, & alendi pecudes.

VIII.

Quicunq; decimam abſtrahit de Eccleſia, ad quam per iuſticiam dari debet, et eã præſumptione, uel propter munera, aut amiciciam, uel aliam quamlibet occaſionẽ ad alteram Eccleſiam dederit, á comite, uel á miſſo noſtro diſtringatur, & eiusdẽ decimæ quantitatẽ cum ſua lege reſtituat.

In archetypo eſt detringatur.

IX.

In archetypo eſt qua.

De decimis, quas populus dare nõ uult niſi quolibet modo ab eo redimantur, ab Epiſcopis prohibendum eſt, ne fiat, &, ſi quis contemptor inuentus fuerit, et nec Epiſcopum, nec comitem audire uelit, ſi noſter homo fuerit, ad præſentiam uenire compellatur. Cæteri uero diſtrin-

gantur

gantur, ut inuiti Eccleſiæ reſtituant, qui uoluntario dare neglexerunt.

X.

Quicunq; de rebus Eccleſiarum, quas in beneficium habent, reſtaurationes earum facere neglexerint, iuxta capitulare, in quo de operibus, nonis, & decimis conſtitutum eſt, ſic de illis adimpleatur. Idem in libro. iij. Cap. xxxviij. de opere, & reſtauratione Eccleſiarum. In Archetypo eſt actionis, ubi nos poſuimus nonis.

Ex hoc loco, ut alijs nonnullis apparet, q; hæ conſtitutiones ſint tantum ex aliqua parte quædam appendix integrorum librorum.

XI.

Conſiderandum eſt, ut de frugib. terræ, et animaliũ nutrimine pſoluãtur. De ope uero, uel reſtauratiõe Eccleſiarũ comes. et Epiſcop. ſiue Abbas una cũ miſſo noſtro, quem ipſi ſibi ad hoc elegerint con- Perſoluãtur) repetendũ eſt. qui Eccleſias habẽt in beneficium.

 ſiderationem

Inde accipiat ad).i. tantū oneris in reparatione Eccleſiarum ſuſtineat, quã tum proportio fructuum, quos percipit, requirit.

ſiderationem faciant, ut unuſquiſq; eorum tantum inde accipiat ad operandum, et reſtaurandum, quantum ipſe de rebus Eccleſiarum habere cognoſcitur. Similiter et uaſſi noſtri in commune tantum operis accipiant, quantum rerum Eccleſiaſticarum habent, uel unuſquiſq; per ſe iuxta quantitatē, quã ipſe tenet, aut, ſi inter eos conuenerit, ut pro opere faciendo argentum donet, iuxta æſtimationem operis in argento perſoluant, cum quo pretio rector Eccleſiæ ad prædictam reſtaurationem operis et materiam operis conducere ualeat, & qui nonas, & decimas dare neglexerit, primum quidem illas cum ſua lege reſtituat, inſuper bannum noſtrum ſoluat, ut ita caſtigatus caueat, ne ſæpius iterando beneficium amittatur.

In

In archetypo erat, et materiam en operis conducere, ubi pro en, ſyllaba poſui ualeat, ut ſenſus poſtulabat, et in legib. Longob. de Decimis, inuenitur additum.

Hic etiam aperte uides pannum aliud ſignificare, quã proſcriptionem, aut relegationem aliquam.

XII.

De illo, qui agros dominicos propter ea neglexit excolere, ut nonas exinde non perſoluat, & alienos ſcintas ad excolendum propter hoc accipit, uolumus, ut de tribus annis ipſam nonam cum ſua lege perſoluat, &, ſi quis contemptor aut comitis, aut miſſorum noſtrorum propter hoc exſtiterit per fideiuſſores ad placitum uenire compellatur. in archet. eſt dominicatos.

Scintas uox eſt uarie deformata in ſcripto codice raſuris, lineis ſuperimpoſitis, diuulſione ſyllabarum, legi tamẽ ſic poteſt, niſi, quod, n, litera per lineolam, i, uocali impoſitam eſt ſignificata, ut etiam ſanctitas poſſit legi. Sed hæc uox nihil ad rem facit. Tametſi autem & iſta poterat omitti, ſalua ſententia, poſui tamen eam, ne in alieno libro nimiũ uiderer ſapere, ac nõ uideo, quid ſignificet

niſi forte, quod ſpoliatorem, aut durum exactorē uocant, metaphorice tamen. Schinder) enim, aut ſchinter) Saxonice lanium, ſeu decoriatorē ſignificat, ac uſurpatur uox non raro, & quidem ſignificanter pro auaro, aut paſtore, qui pecus deglubit, non tondet.

XIII.

Vt de rebus Eccleſiarum, quæ ab eis per 30. annorum ſpacium ſiue ulla interrogatione poſſeſſæ ſunt, teſtimonia non recipiantur, ſed eo modo contineantur, ſicut res ad fiſcum pertinentes contineri ſolent.

Id eſt interpellatione, aut poſtulatione, ut fieri debet in præſcriptionibus, & uocatur interruptio.

XIIII.

Capitulare) in ablatiuo pro capitulari) ubiq;.

De beneficijs deſtructis hoc obſeruetur, quod in capitulare priori continetur, id eſt in libro 4. Cap. 36.

Quicunq; ſuum beneficium occaſione proprij deſertum habuerit, & intra an

num poſtq; ei á comite, uel miſſo noſtro notum factum fuerit, illud emendatum non habuerit, ipſum beneficium amittat.

Occaſione proprij) hoc eſt pretextu proprij, aut ut proprium curet.

XV.

Vt miſsi noſtri, ubicunq; malos ſcabinos inueniunt, eijciant, & totius populi conſenſu in locum eorum bonos eligant, &, cum electi fuerint, iurare faciant, ut ſcientes iniuſte iudicare non debeant.

Scabinorum nomen uidetur à noſtro ſchaffer, quod Saxones ſcaper dicunt, detortum eſſe.

In archety. eſt non deant, ſed mendoſe, ut non debeant, autem, iudicare) dictum eſt pro, quod non ueſint iudicare.

XVI.

Vt in omni comitatu inquiſitores

meliores, & ueraces inueniri poſſint, eli-gantur á miſſis noſtris ad inquiſitiones faciendas, et rei ueritatem dicendam, et adiutores comitum ſint ad iuſticias faciendas.

Hic eſt in lib. ſcripto, iniquimeliores, cōtinuis ſyllabis, uerum inepte, ut res ipſa loquitur. Non autem potui melius hanc mendam corrigere, quã ſi ponerem pro iniqui) inquiſitores, idq́; & ſimilitudine dictionum, et ſequentibus uerbis inuitantibus.

XVII.

Volumus, ut, quicunq; de ſcabinis deprebenſus fuerit propter munera, aut propter amiciciam iniuſte iudicaſſe, per fideiuſſores miſſus noſter ad præſentiam noſtrã uenire faciat. De cætero omnibus ſcabinis denuncietur, ne quis deinceps, etiam iuſtum iudicium uendere præſumat.

Hic deeſt eum.

Hæc lex cum præcedentibus duabus habetur in rub. de ſcabinis, & Cancellarijs, l. 2. ll. Longobar, Sed hic

hic aliquando caſtigatius, quã iſthic, & hic adſcribuntur Carolo, iſthic Lothario Imp.

XVIII.

Volumus, ut ubicunq; commutationes tam de proprio noſtro, quam de genitoris noſtri legitime, & rationabiles, atq; utiles Eccleſijs dei factæ ſunt, permaneant. Vbicunq; uero inutiles, & incommodæ, atq; irrationabiles factæ ſunt, diſſoluantur, & recipiat unuſquiſq;, quod dedit. Vbi uero mortua manus interiacet, aut alia quælibet cauſa, quæ irrationabilis eſſe uideatur, inuenta fuerit, diligenter deſcribatur, & ad noſtram noticiam perferatur. .i. Alienationes.

Habetur in rub. Quando liceat Rect. etc. l. 3. R. Longob.

Mortua manus) mors alicuius ad alienationem pertinentis per Synecdochen, ut dicimus Germanicè, es iſt in die fierte hand komen.

XIX.

XIX

Quicunq; comprobatus fuerit de eo, quod ſcienter teſtes in periurium induxiſſet, ſub fideiuſsione ad placitum noſtrum uenire compellatur, ut ibi cum fidelibus noſtris conſideremus, quid de tali homine faciendum ſit.

XX.

De his, qui diſcordijs, et contentionibus ſtudere ſolent, & in pace uiuere nolunt, uolumus, ut ſub fideiuſsoribus ad noſtrum placitũ ueniant, et ibi cũ fidelib. noſtris cõſideremus, quid de talib. faciendum ſit.

XXI.

L.3.L. Longob. *De bonis denarijs, quos populus recipere non uult, uolumus, ut hoc obſeruetur, et teneatur quod in priori capitulari noſtro conſtitutum eſt in lib. 4. Cap. 30.*

XXII.

Quicunq; liber homo uel in emptione, uel in debiti ſolutione denariũ merum, & bene penſantẽ recipere noluerit, bannũ noſtrum, id eſt 60. Solid. componat. Si uero Eccleſiaſtici, aut Fiſcalini noſtri, aut comitũ, aut uaſallorũ noſtrorũ hoc facere præſumpſerint 60. ictus uapulẽtur, et, ſi actores noſtri, aut aliorum, uel aduocati, eos á miſsis noſtris, uel á comitibus iuſsi præſentare noluerint, prædictum bannũ compo. et ad hanc noſtrã conſtitutionẽ adimplẽdã Epiſcopi, et Abbates, ſiue reliqui, qui beneficia noſtra habẽt adiuuẽt comites in ſuis hominibus diſtringendis. Et ſi comites hanc noſtram conſtitutionem neglexerint, hoc per miſſos noſtros ad noſtram noticiam perferatur.

Hoc

Hæc lex uidetur eſſe, cuius in præcedente Cap. ſit mentio. Sed non puto eſſe non tantum propter abſurditatem connexionis, ſi remitteret alio, ac deinde rem ſubijceret, ſed etiam, quia de populo in præcedente, in hac de partibus populi dicit. Habetur, *etſi mutilata, l.* 3. *ll.* Longob. *tit.* De *eo, qui bo. de. reſ. l.* Vnica. Porro. §. *Si uero* Eccl. *rectius ita legeretur. Si uero ſerui* Eccleſiaſtici, *aut* Fiſcalini *noſtri, aut comitum, aut uaſallorum noſtrorũ ſerui.* Loquitur *enim de ſeruis.* Adſtipulatur *locus, iam citatus, niſi quis comites, & uaſallos putat eo tempore ſeruos fuiſſe regis, quod tamen ſequentia non admittunt.* Vaſallus *autem uidetur à noſtro uaſe, aut* Vaſle. *i. cognata, eſſe deflexum, & ſignificare domeſticum, ad miſſum in interiorem familiaritatem, quod etiam de* Baſſo *dici poteſt.*

XXIII.

De homicidijs, uel alijs iniuſticijs, quæ á fiſcalinis noſtris fiunt, quia impune ſe ea cõmittere poſſe exiſtimant, nos actoribus noſtris præcipiendum eſſe decernimus, ne ultra impune fiant, ita, ut, ubicunq; facta fuerint, ſoluere cũ diſciplina præcipiemus.

Autorib.) habet manuſcriptus codex.

XXIIII.

XXIIII.

Collectum ad malefaciendum fieri omnimodis prohibeatur, & ,ubicunq; huiuſmodi præſumptiones factæ fuerint digna emendatione corrigantur. Et,ſi per negligentiam comitis uel factæ ſunt, uel inemendatæ remanſerunt, hoc ad noſtram noticiam perferatur, author uero facti,ſi fuerit præpoſitus,uel aduocatus,ſiue centenarius,uel qualibet alia dignitate prædita libera perſona, poſt legem emendatam in loco factam ſub fideiuſſoribus ad noſtram præſentiam ueniat, multitudo uero,ſiue de liberis, ſiue de ſeruis ſit,legittima emendatione multetur.

In archety. eſt, prædicta.

XXV.

De pontibus publicis deſtructis placuit nobis, ut hi, qui iuſſionem noſtram in re-

Epanalep ſis, recti9 hæc, uolumus, ac iubem9, ut) omittere̅tur.

Nõ) poſt hoc) uidetur addendum eſſe.

parandis pontibus contempſerunt, uolumus, ac iubemus, ut omnes homines noſtri in noſtram ueniant præſentiam rationes reddere, cur noſtram iuſsionem auſi ſint contemnere. Comites aũt reddant rationem de eorum pagenſibus, cur eos aut nõ conſtrinxerunt, ut hoc facerent, aut nobis nunciare neglexerunt. Similiter & de iniuſtis toloneis, ubicunq; accipiuntur, ſciant ſe exinde nobis rationem reddituros. Vt examen aquæ frigidæ, quod hactenus faciebant á miſsis noſtris interdicatur, ne ulterius fiat.

In ſcripto lib. eſt, quæ, Eſt autem hic §. appendix, aliunde huc translatus, & conſentit contra multas ll. Long. cum iure Canonico. Vide cap. Mennam uero. 2. diſt. 5. et c. conſuluiſti, ead. q. 6.

XXVI.

Quicunq; uicarij, uel alij miniſtri comitum

mitum tributum, quod inferēda uocatur, maioris precij á populo exigere præſumpſit, quam á miſsis bonæ memoriæ genitoris noſtri conſtitutum fuit, hoc eſt duos ſolidos pro una uacca, hoc, quod iniuſte ſuperpoſuit, atq; abſtulit, ſibiq; retinuit, his, quibus hoc abſtulit cum ſua lege reſtituat, & inſuper fredum noſtrum perſoluat, & miniſterium amittat.

Quid ſi inferenda eſſet noſtrum infren) Saxonica pronunciatione? Quamq̃ eadē hæc uox eſt, φέρω, Græca, fero, latina, fierem, uel ferem Germanica.

Fredum) pœnam uiolatoribus pacis propoſitam, ut ſupra monui.

XXVII.

Poſtquam comes, et Pagenſes de quali bet expeditione hoſtili reuerſi fuerint, ex eo die ſuper alta nocte ſit bannus receſſus, quod in lingua Teutiſca ſcat

 legi,

legi,id eſt armorum depoſitio uocatur.

Hic eſt in archetypo,ſuper xta noctes,nullo ſenſu, aut conſtructione.Itē reſiſus)pro eo, quod ego feci reſciſſus.

Nota hic,ſcat legi,ſcri; tum eſſe, cum eadem res ſigni ficetur,quæ ſignificatur ſupra C. III. De deſertoribus,et in ll. Longob. ibidem citatis,& tamen iſthic legatur Eris lex,& Eriliz. Ac illa uox, hic uſurpata propius accedit ad expoſitionem additam. Nam lege, aut legi)poſitio nobis eſt. Scat)uero damnum,quod non exiguum armis inſertur, Et utrunq; Francorum ueterum,aut Saxonum hodierna pronunciatione, quæ haud dubie magnam habent cognationem. Quamq̃ ſuſpicor aut hanc partem nominis corruptā eſſe, aut illis temporibus eam arma ſignificaſſe.

XXVIII.

Hoc miſſi noſtri notum faciant comitibus, & populo, ꝙ nos in omni hebdomada unum diem ad cauſas audiendas ſedere uolumus. Comites autem, & miſſi noſtri magnum ſtudium habeant, ne forte propter eorum neglıgentias pauperes crucientur, & nos tedium propter eorũ clamores patiamur, ſi noſtram gratiam habere uelint.

Hic in arche.eſt gramen) p grām.

uelint. Populo autem dicatur, ut caueat de alijs cauſis ſe ad nos reclamare, niſi, de quibus aut miſſi noſtri, aut comites eis iuſticiam facere noluerunt.

HAEC SVNT CApitula quæ pro lege habenda ſunt.

DE Homicidijs in Eccleſijs, uel in atrijs eorum commiſſis hoc obſeruetur, et teneatur, ſicut in Capitulari priore conſtitutum, noluerit prædictum bannum lx. Solid. comp.

Hic duæ paginæ cum dimidia uacuæ ſunt, hoc eſt finis primæ leg. huius Tit. & principium ſeptimæ cum interpoſitis integris legibus deſunt, ut etiam numeri oſtendũt. fortaſſe propterea ſunt omiſſæ, q; ſupra etiam alicubi haberentur, et ne uelut actum ageretur, aut pluribus fieret, quod fieri poterat paucioribus: Alterum contra leges, alterum contra philoſophiam.

IX.

De falſa moneta iubemus, ut, quicunq; percuſſerit, aut probatus fuerit, manus ei amputetur, &, qui hoc conſenſerit, ſi liber eſt, lx. Solid. comp.

Extat l. 1. ll. Longob. de eo, qui falſam monetã ſub nomine Ludouici Imp. probatus fuerit) ſub intelligendum eſt percuſsiſſe.

X.

Habetur, ſed aliquã to corruptior de teſtib. l. 2. ll Longob. Hic eſt in archetypo publi conuẽtu.

Decernimus, ut, quiſquis aliter teſtes habere non potuerit, aut per comitis iuſsionem, quos in ſuo teſtimonio neceſſarios quoſq; habuerit, ueritatem perlaturi publico conuentu adducantur, ut per ipſos rei ueritas cum iuramento ualeat inquiri. Quod ſi de duabus partibus fuerit inquiſitio facta id circo, quod nullus eorum poſſit habere teſtes, ante, quám iurent, fiat

inquiſitio facta. Quod ſi omnes ad unam partem dixerint teſtimonia, iurent, uerum dixiſſe teſtimonium, & ſi diſſenſerint, aut quædam pars uni præbuerit teſtimonium, & alia alteri, Tunc interrogetur, ſi audent per pugnam illorum teſtimonia approbare, quod ſi nulla pars alteri ceſſerit, iurent, & per pugnam probetur illorum teſtimonium, & ſi una pars ſe ſubtraxerit, tunc illa, quæ auſa fuerit contendere, recipiatur ad teſtimonium.

Facta, eſt ocioſum.

Illorum pro ſua.

c. Monachis. 2. q. 5.

XI.

Vt per xxx. annos ſeruus liber fieri nõ poſſit, ſi pater illius ſeruus, aut mater illius ancilla fuit. Vt nullus concellarius pro ullo iudicato, aut ſcripto aliquid amplius accipere ualeat, niſi dimidiam

libram argenti de maioribus ſcriptis.

Concellarius idem eſt, quod notarius. Vide rubr. De ſcabinis, et Cancell. l. 2. ll. Long. ubi hæc etiam de Cancell. & notarijs extant. accipere ualeat) pro accipiat, aut debeat accipere, potentia pro actu per Synecdochen.

De minoribus autem infra ipſam dimidiam libram, quantum res expoſcit, & iudicibus rectum uideatur, accipiat.

De orphanis autem, uel cæteris pauperibus, qui exoluere hoc nõ poſſunt in prouidentia comitis fiat, ut nequaquám inde accipiat aliquid.

Notarij autem, hoc iurare debent per ſingula loca, quòd nullum ſcriptum falſum faciant, nec inoccultum. Nec ſcriptum aliquod faciant de uno comitatum in aliũ, niſi per licentiam illius comitis, in cuius comitatu ſtare debet, quod ſi aliter fecerit, ſit inanis.

Hic erat comitato in alio. Hic erat, alter fecerit inanis.

Si

Si uero neceſſitas itineris aliquem compulerit, aut infirmitas grauis, ſecundum capitulare domini, & genitoris noſtri faciat. Placuit nobis, ut hæc capitula, quæ excerpſimus de capitulis ſanctæ memoriæ aui noſtri Caroli, ac domini noſtri Hlutouuici Imperatoris ab omnibus ſanctæ dei Eccleſiæ, ſeu noſtris fidelibus in regno Italiæ conſiſtentibus pro lege teneantur, & conſeruentur, & quicunq; huius capitularis cõtemptor extiterit 60. Solid. compo. ſicut in capitulis prædicti domini aui.

Hic deſunt quædam uerba, ſine tamen ſenſus magno incommodo.

Hic aperte ſignificatur has conſtitutiones tantum eſſe compendium quoddam, aut collectionem earum, quæ præcipuæ ſunt uiſæ in totis uoluminibus Caroli Magni, et eius filij Ludouici Impp. Rom. & regum Franciæ. Videtur autem hoc opus Lotharij potius eſſe, quã Ludouici fratris

eius,cum in diuiſione regnorum,antegreſſa inter eos, Carolum Caluum fratrem ex alia matre, et patruelē Pipinum grauiſsima pugna,Imperiū huic obuenerit. Cæterū, ut hic eſt ſcriptū Hlitouici,præpoſita aſpiratione, ſic etiā inuenitur in illo uere aureo, et digno perpetua memoria libro,qui Regenſpurgi habetur in monaſterio S. Emerami,ſcriptum in his uerſiculis.

Hic reſidet Carolus diuino munere cultus,
Ornat quem pietas, & bonitatis amor.
Hluduic iuſtus erat,quo rex non iuſtior alter,
Qui genuit prolem hanc tribuente deo.

Suaues hi ſunt,etſi non perfecti. Et eſt hic nomē hoc prorſus ita ſcriptū, ut Germanice adhuc efferri ſolet,excepta aſpiratione,ut non minus Galli errent,cum id iam in Luduicum,iam in Lodoicum transformant, quàm Itali,cū ex Friderichoſaciunt Fœdericum. Nō paruum autem beneficium in me contulit ſuperiore Autumno Abbas eius Cænobij,cum dedit nobis inſpiciendum hunc librum, & altare,quo eſt uſus Imperator in caſtris,munera non tantum auro, et gemmis precioſa,uerumetiam uetuſtate, & aperta ſignificatione pietatis in tantis Heroibus admirāda, uir, præter non contemnendam eruditionem, & pius, & uehementer humanus, quantum quidem ex paucis colloquijs, & officijs hoſpitalitatis animaduertere potui, tantoq; mihi uenerabilior, quod inter meam patriam, & illud cœnobium,eſt magna quædam,et uetus neceſsitudo.

FINIS.

AD CAROLVM. V. ROM. IMP. EXhortatio Viti Amerpachij.

Heroum genus, & genitoris nate ſupremi,
Auſtriacæq; domus, imperijq; decus.
Aſpice turbatum uarijs iam cladibus orbem,
Carole, qui Chriſti nomen, & arma ſonat,
Nomen, & arma ſonat Chriſtiqui, Carole Princeps.
Ex Orco patriæ dux reuocate pater.
Salue ſancta dies, alboq; notanda lapillo,
Quæ nos præſentem fecit habere deum,
Et tu præterea mihi lux gratißima ſalue,
Quæ me iußiſti ponere certa metum.
O quàm crudeles lacerabant pectora uoces,
De uita, & fatis, Carole diue, tuis.
Ex his indignæ quoq; ſunt pleræq; relatu,
Scurrileſq; ioci rectius eſſe queunt.
Vſq; adeo capiti ſacro nec parcere ſancto
Norunt, quos pietas flectere nulla poteſt.
In te coniectum fixit Germania uultum,
Tu ſpes, tu miſeris portus, & aura uenis.
Tu ſolus poteris feßis ſuccurrere rebus,
In te quaſſatum ſe iacit Imperium.
Strata pedes iacet ante tuos Eccleſia, felix
Nuper, & in lachrymas tota ſoluta gemit.
Hinc oppugnatur grauiter crudelibus armis
Turcarum, nec iam cernitur ulla quies.

Hinc ſectæ lacerant in partes mille redemptos,
Sanguinis & lotos, Chriſte, liquore tui.
Heu mihi, cunctarum peſtis diſcordia rerum
Quam ſanctum ſummi fœdat ouile dei.
Quam tenebroſa facit, quæ lucida tota fuerunt,
Mundaq; quæ fuerant, ſordida tota facit.
Cordibus expellit cœleſtis numina flatus,
Deijcit & miſeros ad Phlegetontis aquas.
Hoc tu portentum, peſtem hanc, Auguſte, trucida,
Hic tuus eſt labor, hoc, maxime Cæſar, opus.
Hoc niſi perfecto, non formidabilis hoſti,
Si poſſet, Chriſtum qui ſuperaret, eris.
Non poteris maius nobis præſtare, tuoq;
Nomine ſic dignum, gratius atq; deo.
Poſteritas factum celebrabit, Carole, tantis
Laudibus, inuictis quantus es ipſe modis.
Fallor, an attentam pulſant præſagia mentem?
Et res optatam cœpit habere uiam?
Occiduas tu iam depugnas fortis ad oras,
Et ſubdis regno regna ſuperba tuo.
Arma pius circum pia frater geſtat ad ortum
Forti reſtituens, quæ periere, manu.
Huic ueſtro Chriſtus uelit aſpirare labori,
In uobis hoſtes & ſuperare ſuos,
Aſsiduis petimus precibus, cunctoſq; rogamus,
Nobiſcum præſtent ut pietatis idem.
Cætera ſponte ſua, Chriſtoq; fauente, ſequentur,
Et bona Saturni ſecula patris erunt.

QVERELA DE CORRVPTO STAtu horũ temporũ ex comuni eruditorũ dicto, Vnicuiq; in ſua arte credendũ eſt, ad Carolũ V. Imp. Ro.

CVilibet in propria credi iubet arte perito
Vox, quæ doctorum cuncta per ora uolat.
Et doctus merito ſutorem carpſit Appelles,
Cum ſtultus crepidam linqueret ille ſuam.
Vtq; in ea ſe quiſq;, uolens, exerceat arte,
Quam didicit, recta non ratione caret.
Hoc utinam facerent homines hoc tempore, quo non
Infelix uidit Teutona terra magis.
Non tantum ſartor ſutorem, ſutor & audet
Sartorem, poſita fronte, docere, procul,
Non ſe piſtori textor, piſtorq; pudendus
Textori præfert totus in arte rudis.
Deniq; non opifex modo quilibet eſſe uideri
Doctus, quam prorſus neſcit, in arte cupit,
Stulticiæ res nunc ſed eò delapſa uidetur,
Vt ſacra deuaſtet ſonticus ille furor.

Quæſtio

Quæſtio difficilis, quales agitantur ubiq;
Hoc æuo plures, quám petit ulla ſalus,
(Optandum fuerat melius nos uiuere tandem
Rixarum turbis & dare frena minus)
Quæſtio difficilis proponitur, ecce profeſſus
Artificem legum forte magiſter adeſt,
Aut, ſi iudicio de iuſticiaue, fideue,
Eſt opus, huc medicus, grammaticuſue ruit.
Sed cur his doctos recitamus in artibus, unde
Auxilium eſt ſacris, luxq;, decuſq; libris?
Huc fabri ueniunt, et cum balatronibus ipſi
Mendici, mimi, & pharmacopola uenit.
Proh ſcelus, huc lanij, ſartores, atq; nefandum
Huc & carnificum dicitur ire genus.
Quid memorem iuuenes, aut quid puerilia narrem
Pectora, fœmineum quid recitemq; gregem?
Horum ſuggeſtus bona pars moderatur, & aras,
Iudicium tribuit cætera turba ſibi.
Et, ne res turpis ſit paulo turpior, inter
Pocula tractatur grandia ſæpe ſacrum.
Ille fidem iactat, quæ ſit fiducia Chriſti,
Et uerbis laudans re premit alter opus.
Spiritus, hic alto clamatq;, tonatq; boatu,
Nos patimur tantum, ſpiritus ipſe facit.
Audiui, certum qui ſeſe diceret eſſe
Deq; ſua uita, deq; ſalute ſua.

Cum

Cum faceret tamen illa, quibus non uita, ſaluſq;

Vt ſacro Paulus perdocet ore, datur,

An tales meminiſſe iuuat, quàm non bene firma

Pectora ſint hominum, quamq; ruiſſe queant?

Non uenit in mentem Iudæ, non Saulis, & huius,

Qui perdurabit uiuere, ſaluus erit?

Heu mihi, quàm fœde uiuunt plerumq;, ſuperba

Qui iactant pleni dæmone uoce fidem.

Quid ſitiunt homines, aut eſuriuntq;, petuntq;?

An non iuſticiæ regia dona petunt?

Quo fiunt ſaturi tandem potuq;,ciboq;?

Quæ ſumunt pleno dona petita ſinu?

Iuſticiam recte, ſublato crimine, dicis.

Vis eſt, & uirtus flaminis illa ſacri.

Vnctio cæleſtis, donum, dilectio, uiuus

Hæc fons eſt, uiui lucida flamma dei.

Talia dona fide ſumunt, precibuſq;, pijſq;

Fletibus, ex animo qui ſitiente fluunt.

Nunc an, quo ſumunt, eſt, &, quod ſumitur, unum?

Ac utrum, quæſo, deterius, melius?

An quicq̃ prius expetimus, quã credimus, atq;

Fidit eo, quod non, quis, prius expetijt?

Aſt amor eſt imperfectus, pollutaq; facta

Sanctorum, fateor. Quid? (rogo) pura fides?

Non eſt nitendum factis, uel amore, fideue.

Hæc nunq̃ reddunt pectora firma ſatis.

Dona dei ſunt iuſta quidem,ſed nos,quibus illa.
Credita ſunt,animo debiliore ſumus.
Nulla tamen cauſa eſt,cur non dilectio reddat
Sic homines iuſtos,ut facit ipſa fides.
Res æque certa eſt,aut non eſt certa,uolentis
Ac ea non aliqua conditione caret.
Et promiſſoris tantum non mobile uerbum eſt,
Molle cor eſt hominum, & mobilitate uagum.
Quid faciendum ergo eſt? pugnandum fortiter,ut non
De uenia quiſquàm ſpem poſuiſſe uelit.
Hæc eſt recta fides,&,quæ comunis habetur.
Hanc ſancti ſemper nos docuere patres.
Et non eſt ullus,qui deſperare ſalutem
Nos iubeat ſummi de bonitate patris.
Hoc meruit Chriſtus nobis,patris iſta uoluntas
Eſt bona,qui gratis nos ita iuſtificat.
Non tamen hinc ideo uires excludere noſtras
Debemus,cauſas deſidiæq; ſequi.
Nam,qui nos fecit ſine nobis, non ſine nobis
Nos quoq; ſaluabit, ſanctus ut ille monet.
Præterea multo quoq; peior Hypocriſis hæc eſt,
Quæ factis orbam detonat ore fidem,
Quam,ſua quæ tantum geſtit benefacta uideri,
Et tribuit meritis omnia ſtulta ſuis.
Officit hæc tantum uitæ, regnoq; futuro,
Illa ſed imperium perdit utrumq; ſimul.

Altera

Altera ſanatur citius,tenet altera uulgi
Mordicus,& ſtricte pectora dura ligat.
Res loquitur,certa hoc probat experientia teſtis,
Hoc ipſum clare tempora noſtra docent.
Sed medium recto uadens Eccleſia calle
Seruat,& ad Chriſtum ſic iubet ire ſuum.
Hæc ſacra doctrina eſt,ſic nos docuere Prophetæ,
Cumq; ſuis Chriſtus ſic docuere ſuos.
Nunc multa contra, potant noctesq;,diesq;,
Ieiunos rident,Hyppocritaſq; uocant.
Scilicet hos iuſti numerat ſacra pagina fructus,
Vt ſanctam lædant ne pia facta fidem.
Ne creſcat nobis, inquam,fiducia noſtri,
Vllum operum debet nemo docere genus.
Cur humiles petimus ſeptenæ munera dotis,
Ad uitam nobis credere ſi ſatis eſt?
Aut,ſi iuncta fides complectitur omnia ſecum,
Cur petit accedens cætera dona dari?
An tantum fidei nos incrementa rogare,
Vt iam uiuamus,litera ſacra iubet?
Non audax pugno,cupio ſed uera doceri
A doctis ritu,quo uoluere patres.
Paſtor oues(ratio dictat ſic)paſcere debet,
Sed neq; paſtorem,ſe neq; paſcat ouis.
Nec uerus uoluit ſemper nos paſcere paſtor,
Paſtores homines ſubſtituitq; ſibi.
Hos aut iam doctos,doctorum aut ſcripta ſequentes
Debemus trepidè turba profana ſequi.

O ſi paſtores imitati exempla fuiſſent
Maiorum noſtri, perpetuamq; fidem.
O & pontifices uixiſſent rectius ipſi,
Curaſſent famulos uiuere ſicq; ſuos.
O canones, o ſancta patrum ſapientia quorſum
Nunc abijt, mores quò rediere loci?
Cum piſcis ſætet, Græcis ut dicere mos eſt,
Quam ſœtet piſcis, ſœtuit ante caput.
Hoc nimis, heu, nimis eſt uerum. Niſi ſæda uoluptas
Vos dementaſſet, cuncta ſerena forent.
Non ſic antiquus ſparſiſſet ſemina ſerpens,
Cum lappis tribulos quæ generare ſolent,
Interea, dum uos iuuat aut dormire ueternum
Aut luxu uires debilitare iuuat.
In culpa quoq; ſunt uulguſq;, duceſq; prophani,
Qui cummulauerunt crimina criminibus.
Quis iam, quæſo, facit, ratio quæ muneris affert,
Quis rex, quis præſul, quis facit agricola?
Heu mihi, cunctarum ſumma eſt confuſio rerum.
Hoc dolet, hoc unum conqueror, atq; gemo.
Et quis reſpiciens actos conſideret annos,
Ferreus & lachrymas corde tenere queat?
O felix quondam, felix Germania quondam,
Cum nondum rectè uiuere turpe fuit,
Sed uicij uicium nomen, uirtutis & ipſa
Naturæ uirtus nomen haberet ope,
Cum facerent, quæ cuiq; Deus præceperat, & non
Captarent lites, ac aliena ſequi.

Pontifices

Pontifices uideas nunc ſumere munia regum,
    Et reges contra munia pontificum.
Et, cum quiſq; ſuum uix poßit ferre laborem,
    Hic tamen illius ſumere gaudet onus
Hac mihi parte tamen non tam peccare uidentur
    Pontifices, peccat quam rudis aula ducum.
Cæſaribus namq; eſt uiſum conducere frenum
    In regno duræ mentis habere duces.
Hinc electorum ſacra pars eſt, parſq; profana,
    Cum ſit idem dudum corpus in imperio.
Sic Paulus, ſic poſt alij cognoſcere cauſſas
    Pontifices ſimul, & conſtituere duces.
Cumq; ferè uideant alieno lumine reges,
    Atq; magiſtratus inferiore loco,
Non mirum, ſi non apti ſunt rebus agendis
    Tam bene, quam uaria cultus ab arte chorus.
Et melius clypeos doctus tractabit, & haſtas,
    Quam libros omni miles in arte rudis.
Conſilium tanto res eſt præſtantior armis,
    Quanto mens bruto eſt corpore nobilius.
Non ideo luxum cleri defendo, probòue,
    Non faſtum, non ſic tutor auariciam.
Sed laudo ueterum ſapientia facta, fidemq;,
    In quorum cura patria terra fuit.
Ac de præcipuis unum demiror Othonem,
    Qui firmum fecit firmius imperium,
Vt plus mirari nequeam, laudeſq; canendas
    Principis egregij tempus in omne puto.

Non Conſtantinus,non eſt,Theodoſius ille
Cur mihi dicatur,quem ſua facta canunt.
Quid memorem natum,cui,dum cognoſcere tentat
Rem ſacram,diuus reſtitit Ambroſius?
Scilicet indoctus princeps,rudiorue ſenatus
Res tantas notas poſſet habere ſatis.
Hi ſed habent ſecum doctos pleroſq;,pioſq;.
Cum doctis ueteres non habuere pios?
Mirum,ſi noſtro hoc peruerſo tempore uiuunt,
Qui priſcos uincant hac probitate uiros.
Sed piſcatores legimus docuiſſe per orbem,
Et Chriſti nobis conſtituiſſe fidem.
Quid ſi non prorſus legem neſciſſe,fatendum eſt?
Hanc certè Paulus nouerat ingenue.
Neſcierint alij,res hæc miracula primum
Poſcebat,nec iam talia poſcit item.
Et mutandus erat tota cum lege Sacerdos.
Crede mihi,nullo tempore fiet idem.
Propterea caute quidam componere noſtris
Illa ſolent nimium tempora temporibus.
Sed quorſum tendit noſtra hæc oratio tandem?
Principio finis conuenit iſte ſuo.
Omnia ſunt turbata,nihil ſtat in ordine certo,
Sacra profanantur,diripiturq; polus.
O cælum,quis nam cladis patet exitus huius!
Et tanti fiet quæ medicina mali?
Omnipotens pater,& ſeruator filius,atq;
Spiritus amborum copula ſanctus erunt.

Verum

Verum uos o pontifices conuertite uitam,
Et contra rabidos euigilate lupos.
Et,uos nutantis regni ſpes unica fratres,
Eſte uiri,pacem reſtituiſſe iuuet.
Et facite in uobis diuus Maxæmilianus
Rurſum credatur uiuere ueſter auus.
Excitet inprimis tua nunc te, Carole,uirtus,
Virtus,cui cœli ianua tota patet.
Effice,conciliet concordia mutua ciues,
Quæ nunc è noſtris exulat acta locis.
Effice,cogatur Synodus,qua cauſſa malorum
Tollatur ueteris pro ratione uiæ.
Sunt canones,ſunt & leges,& ſcripta piorum,
Quæ monſtrant certum,conſtituuntq; modum:
Vt Synodi,ſtatuunt Synodi,celebrentur,& ipſæ,
Crebrius.heu,paſtor non bene paſcit oues,
Hoc tibi plus laudis pariet,q̃ uincere Gallum.
Hoc plus,quam Turcam uincere,laudis habet.
Eſt uirtus maior,quàm quærere,parta tueri,
Paruaq; concordes reddere magna ſolent.
Et uos poſtremo populi,genteſq; profanæ
Ad noſtrum toto corde redite Deum:
Seu prætor fueris,ſeu dux tu,ſiue Tribunus,
Aut eques, aut aliquis de grege plebis eris,
Hunc precibus,factiſq; pijs placate parentem,
In cunctis firmam & rebus habete fidem.
Sic nobis redeat fœlix concordia,nobis
Et poſt hanc ueniat uita beata luem.

INDEX EORVM, QVÆ in hoc opere continentur notatu digniora.

A.

Abbatibus, & abbatiſſis non conceditur alere falcones, accipitres, canes, aut ſimilia. 40.
Abbatiſſis omnis benedictio interdicta eſt. 30.
Acoluthos ab ἀκολουθεῖν dicitur. 54.
Aduocati. 70.75.
Aldiones, ſeu Aldij. 83.
Almitas. 27.
Allodium unde. 47.
In Alode comparare. ibid.
Alueſtat. 68.
Anachoretæ. 35.
ἄγγαρος, ετ ἀγγάρεια. 87.
Angelis ignotis nomina fingi non debent. 14.
Aquæ ciuitas eſt, quæ nunc Aquis granum uocatur. 9.
Aribannum. 77.
Armatura. 68.
Auari populi. 68.
Auaricia uitanda eſt. 17.
Auaricia quid. 48.
Auaricia, quæ eſt idolorum ſeruitus, cauenda. 26.
Audulfus. 68.
Auguria. 25.74.

B.

Banniri. 61.
Bannum, uel pandum quid. 88. (89.
In Bannum mittere poſſeſſionem alicuius. 63.
Baptiſterium, quod græcis βαπτιστήριον. 38.
Battere. 33.
Bauga. 59.
Ad Bibendum nemo inuitandus, aut cogendus eſt. 60.61.
Brenberg. 68.
Breue. 44.
Bruniæ, ſiue bruncie. 8.59.

C.

C.

Cabellio ciuitas Narbonẽſis Galliæ. 62.
Campum quid. 63.64.
Canonica uita uita clericorum dicitur. 29.
Capitulare. 1.
Carnis opera. 34.
Carnatici qui. 85.
Carolus regnauit in Frãcia. 46. (annos. 1.
Carolus imperator factus anno. 33. regni ſui, poſt Chriſtum natum. 801. ibid.
Cartularius. 64.
Caſa quid. 39.
Caſtularij. 6.
Cauculatores qui. 25.
Cauſidici, uel clamatores. 68.
Cenſus regalis. 73.
Cerarij. 6.
Ciſpatici. 48.
Clerici fugitiui, & peregrini ſine comendaticijs literis non ſunt recipiendi. 12.
Clericis mulierem habere domi ſuæ interdictum eſt. ibid.
Clericis edendi, uel bibendi gratia ingredi tabernas prohibitum eſt. (14.
Clericis ad ſecularia negocia tranſire non licet. 15.
Clericis ex una in alteram ciuitatem tranſmigrare non permiſſum eſt. 16.
Clericorum occiſio. 55.
Cleſoniſte. 62.
Clocæ. 40.
Coclearij qui. 15.
Cogciones. 31.
Comitis placita quæ. 4.
Concellarius idem, quod notarius eſt. 100.
Concupiſcentia radix omnium malorum. 26.
Confiniales. 75.
Coniurationes. 39.
Conſpirationes. 69.
Conſuetudo legi non eſt anteferenda. 41.
Cruce quid. 63.64.
Cupiditas duplex eſt. 48.
Cuplaſcanum. 40
De Curte. 44

D.

Decimæ. 2. 73.
Decimæ à miniſtris Reipub.exigi debent &c. 8.
Degradare. 3.
Denariolis homo quis. 64.
Depoſitio armorum,aut deſertio exercitus. 84.98.
Διάκονος miniſtrum ſignificat. 19.
Dominica dies à ueſpera uſq; ad ueſperam ſeruari debet. 14.

E.

Ebrietas. 39.
Ebrij. 60.
Ebrius teſtimonium dicere non poteſt. ibid.
Eccleſiarum paſtores luminaria mundi uocantur. 9.
Epiſcopi in presbyteros,et clericos infra ſua parrochia poteſtatē habent. 2.
Epiſcopi de incœſtuoſis hominib.emendãdi licentiam habent. 2.
Epiſcopi duo in una ciuitate eſſe non poſſunt. 52.
Epiſcopi. 1.
Epiſcopis de loco in locum,et ciuitate in ciuitatem tranſmigrare non licet. 16.52.
Epiſcopis fálopnes alere, accipitres,& ſimilia,quæ ad rē uenati cā ſpectāt,nō eſt conceſſum. 49.
Epiſcopos per pecunias ordinari non oportet. 15.
Epiſcopus alienis negocijs ſeſe immiſcere non debet. 14.
Epiſcopus ſuæ eccleſiæ tantum curam habere debet. ibid.
Erislex,aut Eriliz. 84.
Erfesfurt. 68.
Examinatio ad ignitos uomeres iure canonico prohibita eſt. 57.
Exercitare. 76.
Expertus in trufis, ita uocatus quidam, qui de impoſturis, & flagitijs mendicorū ſcripſit. 47.

F.

Faida. 8.9.
Faramundus rex Francorum legis Salicæ author fuit. 60.
Fiſcalini regij, & fiſcalinæ regiæ. 73.

Flagitioſi.

Flagitioſi,qui ad Eccleſiam con-fugernnt 56
Fœnus quid 49.
Forenhaim. 68.
Fredum quid,aut Freda. 55.98.
Freta. 60.
Fur, et latro non impune dimittendi ſunt. 83.
Furmanniti pag. 7.
Gallicanum G. 35. 32.
Gaſtaldius, uel Gaſtaldio 80.
Geldonia. 6.
Girouagij,uel Giruagij. 35.
Guadia. 60.
Guildionia 7.
Gunebodigni,et Gunbodigni 24.

H.

Haribannum, & Heribannum: (46.58.72.
Haribannatur ibid.
Haribannum unde. 77.
Harmiſcara quid. 89.
Hatto. 68.
Heretus ibid.
Hildegarda regina 44.
Hiuſi. 4.
Hiuſare ibid.
Hlitouicus. 101.
Homicidæ,ſi ad eccleſiam confugerint,non excuſantur. 4.
Homicidia ſecundum leges tollenda ſunt. 26.
Homicidis in eccleſiam non eſt præbendus uictus. 4.
Homo,niſi lege iubente, non eſt occidendus. 26.
Homo liber,qui ſe uitæ monaſticæ dedidit. 59.
Hominibus ante cōpletionem benedictionis ſacerdotalis egredi ex eccleſia non licet. 27.

I.

Ieiunia eccleſiaſtica ſine probabili neceßitate ſolui nō debent. 19.
Ieiuni tantum ad iuramentum, uel teſtimoniū admittēdi ſunt. 7.
Illaldiones. 44.
Immunitas,& infra immunitatem eſſe. 4. 55.
Incarnatio filij. 33.
Incātatores,uel diuinatores. 25. (74.

Incœſtuoſi. 67.
Inferenda quid. 98.
Innocentius Papa. 20.
In uadio habere. 68.
Interantes. 7.
Iudices ieiunos audire cauſas, & diſcernere decet, et honeſtum eſt (23.
Iudices praui non ſunt ferendi (75.
Iuramentum. 69
Iurare per ſanctos ieiuni debemus. 24
Iuriſiurandi formula. 64.

L.

Latrones quomodo puniendi ſint 9.
Latrones. 82. 83.
Lauriacum Vuerinheri. 68
Lex Ripuarenſis. 62.
Lex præferenda conſuetudini (43.
Leproſi. 40.
Letaniæ. 53.
Libros canonicos in eccleſia tantum legi conceſſum eſt. 15
Loca ſemel Deo deſtinata, dicataq; ad profanos uſus nunq̃ referri poſſunt. 26. 27.
Lumina mundi paſtores eccleſiarum uocantur. 9.

M.

Madalgaidus. 68.
Magadeburg. 68.
Mancatio. 82.
Mancipia. 7.
Mangones. 31.
Mannitus. 63.
Manſionatici qui, & unde ſic dicantur. 85.
Manſus. 90.
Marca. 75.
Marchio à marca. ibid.
Marggrafius à marca. ibid.
Martyrum, aut ſanctorum falſa nomina non ſunt adoranda. 18.
Menſuræ, & pondera. 30.
Mendici. 47.
Miã. 68.
Miſſa pro mercatu, et nundinis. (50.
Miſſaticum quid. 51.

Miſſæ ſine communicatione non ſunt celebrandæ 12.
Miſſi. 11.
Monachi modis omnibus in ſuo propoſito manere debent. 16. (20
Monachis tabernas ingredi edendi, uel bibendi cauſa non licet. 14
Monachos ſecularia negocia tractare non decet. 15. 39
Monachorum uita. 29
Monachorum fornicatio Sacrilega contagio. 20
Monachorum coniugia illiciti complexus uocantur. ibid.
Monaſteria. 2.
Monaſtica profeſſio unà cum ecclesia adoleuit. ibid.
Monetæ falſæ. 72. 99
Mordricé. 65
Mordricare. ibid.
Mulieres ad altare ingredi prohibentur. 14
Mundium. 43.
Mundualdi, & Mundoaldi. ibid.

N.

Negligentes à preſbyteris eccleſiarum uſq; ad tertiam uicem amoueri, et ipſam decimam dare debent. 3
Negotiatores. 68
Neminem de iniuſte factis gloriari decet. 38
Niumacz. 45
Nonæ, & decimæ. 90
Notarij. 100
Nuiuib. 68
Nunnanes ſacræ uirgines unde ſic appellantur. 14. 15

O.

Obſides. 76
Occiſio. ſacerdotum. 55.
Odium, & inuidia quantum ſit malum ante oculos eſt habẽdum (25.
Omnimodis. 30.
Opera carnis. 34.

P.

Parrochia à παροικία 2.
Partum. 37.
Paruuli ad iuramentum nõ ſunt cogendi. 24.
Peſtores eccleſiarum luminaria mundi uocantur. 9.
Pauperes à potentioribus opprimi non debent. 71.
Pax, & concordia ubiq; inter Chriſtianos ſeruanda eſt. 22.
Periuri. 4.
Periurus teſtis eſſe nõ poteſt 24
Periurus ad ſacramentum accedere prohibetur ibid.
Petrus princeps Apoſtolorum eſt Carolo M. 15.
Pipinus rex. 31. 59. et alibi.
Placida comitis. 4.
Placitum cuſtodire. 37.
Placitus pro conuentu. 82.
Pœna eorum, qui iniuſte aliquos coram iudicio defendere conantur. 36.
Precarium quid 79.
Presbyter nequaq̃ ante 30. etatis ſuæ annum ordinãdus eſt. 29
Pſeudographia. 31.

Q.

Quomodo docendi ſint populi, aut inſtituẽdi fide Chriſtiana. 33

R.

Reginiſpurg. 68.
Ripuarenſis lex. 62.

S.

Sabbathum. 32.
Sacerdotes omnes canonum inſtituta legiſſe ac noſſe oportet. (21.
Sacerdotes arma portare non decet, ſed magis confidere in defenſionem Dei, quã arma. 27.
Sacerdotes aduocatos habere oportet. 41.
Sacerdotes abſq; autoritate, & licentia Epiſcopi ſui nihil agere permittuntur. 13.
Sacerdotes quomodo et quod teſtimonijs damnari queant. 54.
Sacerdotibus à Synodo uel ſuo Epiſcopo damnatis, nemo communicare debet, ſi miniſtrare poſtea

ſtea præſumpſerint. 13.
Sacramentum fidelitatis 37.
Salica lex unde 60.
Sarabatti. 35.
Scabi. 68
Scabini unde 94.
Scatlegi. 98.
Scintæ. 93.
Secale quale frumentum. 50.
Signaculum ſanctæ crucis. 30
Siricius Papa. 20.
Skeſba. 6.
Suffraganei Epiſcop. 1:
Suffraganei Epiſcopi ſine conſilio Metropolitani nihil facere debent. 13.
Sunnis aliquem detinere. 63.
Synodus per ſingulos annos bis haberi inter Chriſtianos percipitur. 51.

T.

Tabularij. 6.
Tecuria. 40.
Telonea 48. 70. 71.
Telonea nouiter inuenta deſtrui debent. ibid.
Tempeſtarij qui. 19
Tholonea ſiue tollonea. 76.
Tolloneum unde ibid.
Trinitas. 33.
Truſte. 6.
Turpe lucrū qui exerceant. 49.
Turpe lucrum ibid.

V.

Vaſallus unde. 96.
Viduæ, pupilli, orphani, & cæci exaudiendi, et tuendi quam maxime ſunt. 67. 73.
Vindicta, et iudicium latronū. 5.
Vini leodas. 38.
Virgines ante 25. ſuæ ætatis annum uelari non debent. 19
Virgines ſacras ſuum inſtitutum obſeruare oportet. 20
Votum. 29.
Vſura. 48.
Ad Vſuram aliquid dare interdictū eſt omnibus. 12.
Vuadiare. 60.
In Vuadium dare. 63.
Vuaſſus. 8. 766.

X.

Xenodochia

Xenodochia. 41. & δοχεῖον receptaculū dicitur
Xenodochiū à ξένος .i. hoſpes, Vulgo autem hoſpitale. 41.

Vitus Amerp. Lectori S.

IN annotationibus hoc eſt incomodi, pie lector. Alicubi diuerſæ uni cōſtitutioni ſunt additæ, nec tamen ſignatæ notulis, ut eſt mos alioqui. Factum eſt hoc inde, quod ego pleraq; ad marginem addideram, quæ poſtea Typographi reiecerunt poſt finem conſtitutionū coacti ſpaciorum anguſtia, nec addiderunt illa uſitata interpretationum ſigna. Hoc uidebaris mihi ſub finem admonendus, ut non putares dedita opera tibi obiectam hanc obſcuritatem, etſi non magnam, ac non erit difficile conferenti uidere, quæ annotationes ad quas textus partes pertineant. Vale, ac meum ſtudium boni conſule.

Erratorum Typographicorum Correctio.

Pagina 3. Facie 1. linea ultima, lege negligentes, & ammoueantur. pa. 9. fa. 1. li. 11. intelligit eam ciuita. etc. hæc pertinent ad ſequētem titulum. pa 9. fa. 1. li. 12. lege. Vrſp. pa. 11. fa. 1. li. 7. lege ueſtra ſol. pa. 19. fa. 1 li. 5. lege uiles. pa. 20. fa. 1. li. 4. lege quod. pa. 25. fa. 1. li. 19 leg. ſupra. pa. 33. fa. 2 li. 16. leg. dei. pa. 35. fa. 2. li. 11. lege quā. pa. 37. fa. 1. li. 9. lege aut. pa. 37. fa. 2. li. ult. leg. ad marg. facere. pa.

repa. 43. fa. 1. li. 11. lege ſunt annotationes. pa. 50. fa. 2. li. 5. lege. eſt pa. 61. fa 2. li. 12. lege Rub. de his, qui ſe in al. ſ. pa. 69 fa. 1. li. 2. lege hac re pag. 70 fa. 1. li. 12. lege aliter. pa. 72. fa 2. li. 12. lege lib pro libro. pa 74 fa 2 li. 5. lege m, pro, im pa. 79. fa. 1. li. 1. hæc pertinent ad finem capitis. pa. 80. fa 1. li. 1. dele, Et pa. 88 fa. 1. li. 5. lege dixit, niſi. pa. 86 fa. 1. li. 2. lege nomen, pa 93 fa. 2. li. 2. lege ſcinter. pa. 96. fa. 2. ad marg. auctoribus. pa. 98 fa. 1. li. 12. lege fieren, feren. pa 98 fa. 2. li 3. ante item) inſere niſi 40. noctes intelligendæ ſunt, & ſuper) ſignificat poſt, etſi utrumq; durius, o. ultimo, uerſu ult. lege, perdit.

206

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE VITTORIO EMANUELE

Berzosa Ioannes, de Prodigijs liber unus. N.° 2

Carolus Magnus.

Praecipuae Constitutiones Caroli Magni de rebus Ecclesiasticis et Civilibus. N.° 1.

Amerpachius Vitus, Praefat: ad Constitutiones Caroli Magni. N.° 3

207

FINE